te in virtutem ſubditi ad maiora deponantur, & non frangantur, in his præſertim, quæ ſupererogationis ſunt, & de præuaricantium duritie nulla extat in contrarium memoria, prælatis iam tacentibus ſicut Scotus in quarto ſubtiliter diſputat. Si quid tamen pro huiuſmodi diſpoſitione relaxatū, uel diſpenſatum occurrit, vſque ad ſequens generale capitulum, uel donec fuerit aliud determinatum, dummodo cætera obſeruentur duraturum decernimus. Finis enim conſtitutionis eſt Homines iuſtificare. Cum habebat, teſte Iſidoro, humanam audaciam metu ſuo cohercere, tuta re inter improbos innocentiam, & refrenare nocendi facultatem. In ea tamen moderatio attendenda eſt, vt fidelium conuerſatio oneroſa non fiat, ne, vt inquit Auguſtinus, tolerabilior ſit iudæorum conditio: Qui legalibus ſacramentis, non humanis præſumptionibus ſubijciuntur. Si quis fratrum preſentes reformationes ſuperuacaneas dixerit quòd veteres, totamque & neceſſariam viuendi contineant formulam: Martinum quintum exaudiat: Qui plus inquit timeri ſolet quod ſpecialiter iniungitur, quàm quod generaliter inhibetur. Diuerſa etiam in vnum collecta facilius ſeruãtur. Nec nouum eſt, ſi pro rerum, ac temporum exigentia leges innouantur humanæ: Cum nihil ſub cœlo nouum. Accedit etiam, quòd leges, quę ſæpe in præſtantiſſimorum diſſertionē non veniunt, in nullo ſunt imitationis precio. Aliter earum tranſgreſſores contraria conſuetudine obſoleuiſſe, ac nullius eſſe momenti dicerent, & ſuam innocentiam non iniuria excuſarēt: In his preſertim, quæ trium votorum ſubſtantię non derogant. Nec actus notorius & publicus mortale peccatum remota remanet lege. Quippe is cuius eſt condere legem: ſi conditæ contrarium decennio, vel ab immemorabili tempore, non inſcius tolerat: tota ſubſecuta poſteritas impune tranſgredi ſe poſſe exiſtimat. Et vt faciliùs diuina cooperante clementia hæc

regularis obseruantia clariùs innotescat, secundum duodecim Regulæ capitula procedamus.

Sequitur primum breue Apostolicum toti capitulo: a S.D. N. Alex. diuina prouidentia Papa VI. pro reformatione transmissum.

ALEXANDER PAPA SEXTVS.

DIlecte fili salutem, & apostolicam benedictionem. Ex diuersis mundi partibus, & à multis principibus magnæ ad nos afferuntur querelæ de inhonesta infamq; vita fratrum conuentualium ord. minorum: ita q̃ nisi illam in melius commutent cogamur pro pastoralis officij ministerio desuper opportunè prouidere, & eorum domos ipsis expulsis fratribus eiusdem ord. de obseruantia nuncupatis tradere. Qua propter ne id cum magno vestro dedecore, & iactura fiat: vos in domino hortamur, ac paterne monemus, vt domos earum prouinciarum: maximè pro quibus reges, & communitates instant: omni diligentia reformetis, præcipuè autem domum sancti Francisci de Assisio: tollaturq; discursus fratrum, & omnia alia iuxta vera ipsius ord. regularia instituta, & secundum priuilegia ipsis conuentualibus concessa: maximè ea quæ de procuratoribus dicuntur, & secundum constitutiones sanctæ memoriæ Sixti 4. prædecessoris nostri, & aliorum summorum põti. retractetur. Quod si feceritis quemadmodum speramus, consuletis vobisipsis, & apud Deum meritum, & nos, & Christianos principes laudem, & commendationem reportabitis.

Præterea

Præterea hortamur vos, quòd in capitulo cum summa modestia, concordia, & maturitate procedatis. Et si in eo, quod absit, aliqua dissensio vel dubitatio oriretur; Volumus quòd venerabilis frater episcopus Interamñ. & in eius absentia ipsius in spiritualibus generalis vicarius, vna cum dilecto filio vicario generali vestri ord. apostolica auctoritate illam terminet & cõponat. Quem episcopum, & vicarium in hoc casu commissarium nostrum in præfato capitulo vsque ad eius complementum, cum ea auctoritate, quam eidem vic. ord. attribuimus & concessimus harum serie deputamus contrarijs nõ obstantibus quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris. Die xv. Septẽbris M.ccccc. Pontif. nostri Anno Nono.

A tergo. L. Podocatharus.

Dilectis filijs vicario generali, ministris, custodibus cæterisque ordinis minorum fratribus in capitulo generali congregatis.

Sequitur secũdum breue apostolicum toti capitulo generali Interamnæ celebrato, a S. D. N. Alexandro diuina prouidentia Papa sexto pro reformatione transmissum.

ALEXANDER PAPA SEXTVS.

DIlecti filij salutem & apostolicam benedictionem. Pulsamur quotidie assiduis querelis complurium principum, & cõmunitatũ instanter cõtinuè a nobis petentium vt propter inhonestam vitã multorum fratrum ord. vestri, & alienam penitus a religione, quam

ne quam ipsi in malum exemplum, & scandalum laicorum dehonestant, conuentus vestros reformari mandaremus, & illos iuxta instituta fratrum de obseruantia nuncupatorum ad regularem vitam eorundem fratrũ redigamus. Sed cum ord. vestro plurimum afficiamur: ne cum suo dedecore pro nostro pastorali officio aliter prouidere cogamur de honore, & quiete vestra solliciti, intelligentes proxime capitulum vestrum pro noua electione Generalis vestri conuenturum, vobis omnibus in capitulo existentibus propterea ea de re tanti momenti scribendum duximus. Vos itaque in domino plurimum hortamur, & attente requirimus, vobis nihilominus in vim sacræ obedientiæ mandantes, ut huiusmodi reformationi conuentuum, ac domorum vestrarum omni studio intendatis, & in isto capitulo vestro eadem de reformatione rite cum effectũ facienda determinetis, ac reformatores ad id idoneos prudentia quorum & doctrina præditos, ac Deum timentes deligatis ad omnes prouincias vestras destinãdos, qui domos, & conuentus vestros visitent, & reformẽt, & fratres omnes vestros in commune, & sine proprio ad honestè viuendum Generali, ac prouincialibus ministris secundum constitutiones, & priuilegia ordini concessa, & ipsius regularia instituta compellant, & etiam monasteria sanctæ Clare, simili studio reformẽt, quæ solum visitentur, & regantur iuxta earum regulã, & priuilegia per ministros, & visitatores deputatos, omnibus alijs inde fratribus exclusis, ad plura scandala, & oblocutiones euitandas, per vos etiam nunc prouidẽdum est, vt discursus fratrũ per vniuersum orbem inutiliter, & cum magna nota vestra extra conuentus vestros vagantium penitus tollatur, omnesq; licentiæ per generales ministros vestros concessę deseruiendi alicui beneficio, aut manendi in aliquo heremitorio, vel hospitali, aut alibi omnino reuocentur, & irritentur. Sed inter cætera maximè expedire iudicamus, vt

omni

omni ſtudio per vos intendatur reformationi conuen tus ſancti Franciſci de Aſſiſio, qui cum ſit admodum celebris: congruum eſt vt idem cum monaſterio ſanctæ Clarę ad regularem obſeruantiam priuilegiorum illis conceſſorum omnino redigatur. Circa vero huiuſ modi reformationem, & alia omnia præmiſſa exequēda, ſiqui ex miniſtris,& cuſtodibus ſeu guardianis,vel alijs fratribus veſtris ſe oppoſuerint, vel contradixerint, aut negligentes, ſi minus idonei fuerint, volumus illos deponatis, & loco illorum alios idoneos, & ad hæc feruentes ſubſtituatis, & ſubrogetis, quæ cum in Dei honorem, ac religionis ueſtræ quietem, atque decorem per nos excogitata cum Viceprotectore ueſtro communicauerimus etiá ipſi generali vicario man dauimus,curaret in capitulo veſtro executioni deman ri. Quapropter vos omnes attente hortamur in domi no,& paternè monemus, atque requirimus in præmiſſis auctore domino omnes ordinis veſtri fratres pro deſiderio noſtro eo modo reformare curetis, vt odor bonę famæ famulatus veſtri altiſſimo præſtiti ex morū ac vitæ veſtræ ſanctimonia proueniens obloquentium ora compeſcat. Quod Deo acceptum, & nobis gratiſſi mum erit, quos in omnia commodum & honorem dicti ord. cōcernentia, peculiari affectus admodum propenſos inuenietis. Datum Romæ apud ſanctum Petrū Sub annulo piſcatoris. Die xxiiij. Septēbris M. cccc. Pontif. noſtri Anno Nono.

A tergo. L. Podocatharus.

Dilectis filijs Vicario Generali: Miniſtro cuſtodibus cæteriſque fratribus ord. minorum in capitulo generali congregatis.

Sequitur

Sequitur Littera Reuerendiſsimi Protectoris.

VENERANDI patres nobis in Chriſto dilectis ſalutem. Inter reliquas curas: quæ multiplices pectori noſtro incumbunt: ea præcipue animum noſtrum pulſat: quæ ex officio protectoratus noſtri ad tutelam, & regimen fratrum, & ordinis veſtri ſpectare dignoſcitur. Cum igitur vos conueneritis ad prouidendũ ordini de miniſtro generali: a cuius perſona libertas, & propagatio totius ordinis maxima ex parte dependet, hortamur vos, & in domino ſincerè requirimus, vt in eligendo eiuſmodi miniſtro generali odium, ſimultates, & priuatas neceſſitudines ſeponatis: & quiſque ſecundum Deum, & conſcientias veſtras eligatis vobis in prælatum, & miniſtrum generalem eum virum, quem vitæ integritas, rerum experientia: inſignis doctrina, & tranſacta in ordine merita celebrem reddunt. Qui ſit pariter & verbo, & exemplo vtilis, & cui reliqui patres, & miniſtri ſubeſſe non erubeſcant, ſed gaudeant. Sub tali enim miniſtro facilè, & ordo in ſua libertate ac decore conſeruabitur, & damna pleriſq; in prouincijs cum dedecore religionis accepta breui reſarcientur. Hic autem miniſter cum ad onus regendi aſſumptus fuerit, viſitet prouincias curę ſuæ ſubiectas: reformationi vna vobiſcum ſtudeat, & iam refrigeſcentem populorum zelum bonis operibus excitet, conuentus ad regularem vitam iuxta ſanctas cõſtitutiones reducat, ac denique ſic ſe habeat & gerat, vt principes quos hactenus aduerſos habuit, per fratrum reformationem pacatos, & beneuolos reddat. Nos autem neque ſtudio neque labori parcemus vbicũq; ad honorem, quietem, & beneficium ordinis operam noſtram profuturam eſſe cognouerimus. Pręterea in miniſtris quoq; prouincialibus par ratio habeatur,

& in

& in eorum electione non ambitio, aut auaritia, sed honor, & vtilitas ordinis locum habeant, & hijpsi ministri suo ministerio contenti sint: nec alijs officijs se implicent, & pro ambitione, aut scribæ, aut socij apud ministrum generalem munere fungantur. Satis enim præstat, qui oneri quod unum habet impositum, rectè humeros accommodat. Bene ualete, & Deum pro nobis orate. Ex Cento Bononien. Die xxvi. Septembris. M. CCCCC.

A tergo.

Venerandis Sacræ Theologiæ professoribus Vicario Generali, Ministris, & alijs patribus, ac fratribus vocalibus Ordinis Minorum, pro Capitulo generali congregatis: Nobis in Christo Dilectis.

IVL. { *Episc. Hostien. Cardinal. S. Petri ad Vincula.* } *ord. min. protector.*

Sequitur Littera Reuerendissimi Viceprotectoris.

REuerendi patres Amici nostri carissimi. Deuotionem vestram in seraphici patris religionem nemo vestrum ignorat. Ea nos cogit vt nonnulla vobis capitulariter congregatis significare, vosq; ad eadem propẽsius exhortari debeamus, quæ ad honorem vestrum, religionisq; salutiferum statum non parum spectare noscuntur. Quod si hactenus non fecimus; expectauimus posse insimul generali capitulo scribere. Res enim est, quæ vniuersam religionem tangit, &

profectò nisi mentium vestrarum apicem extollatis: la
bentemq; religionem inspexeritis: eiq; per modera-
tam temperantiam, ac reformatæ vitæ morũq; mode-
stiam succurratis, videmus procul dubio illam vobi-
scum mox perituram. Durum est vlterius refellere,
qui vndiq; ad S.D.N. & ad nos de vobis, & vestra cõ-
uentualitate vberrimas querelas afferunt. Quibus ha-
ctenus à spe vestræ tamdiu prædicatæ reformationis
incassum restitisse delusi cernimur. Quare si vestri hu-
ius capituli vniuersitas rectè quicquam sapit, si vestrã
pristinæ religionis gloriam stare cupitis, per modera-
menta quædam, ac morum temperantiam, abusibus,
corruptelis, & vesanijs toto orbe in conuentualium
mores constrepẽtibus ita obsistatis & obuietis, vt pro-
tegere vos in eiusmodi viuendi modo non erubescа-
mus. Primum nãq; oportet vniuersalem constituatis
prouinciarum, & conuẽtuum reformationem, & quòd
ad integrũ laudabiles constitutiones seruentur. Quod
minimè quidem effici poterit, nisi talem vobis gene-
ralem ministrum eligatis; cuius prudentia, & probita
te cuncta hæc perfici possint. Monemus inquam vos
igitur: atque omni studio in domino exhortamur, vt
in huiusmodi electione semper crucifixi imaginẽ præ
oculis habentes talem vobis patrem in generalem mi-
nistrum præficiatis: qui sit vir vtilis, doctus, prudens,
integer, diligens, ac uno & eodem tempore doceat &
faciat: vt ipsius exẽplo minores quoq; & rudes ad pia
opera excitentur. Quod vbi factum fuerit: qui om-
nes & prçipuè Hispaniæ prouinciam visitent & refor-
ment inter vos probatissimos & circumspectos eliga-
tis: constituatisq; quòd fratres extra ordinem, & ad
confessiones audiendas in curia non licentientur, &
quòd eorum discursus ad vrbem maximè tollatur: vn-
de plura scandala hactenus consueuerunt euenire,
quòdq; iuniores fratres ante tempus ad officia nõ ad
mittãtur, & quòd monasteria monialium non frequen

tent

rent, aduertere quidem plurimum debetis. Est præterea maxima uestium fratrum dissimilitudo, quæ quidē non nisi à leuitate procedit. Neq; ex primo beati Frāciſci instituto id fieri arbitramur. Cęterum esse maxima, ac vigili cura indagandum, quòd ministri, custodes, & superiores omnes villicationis suæ rationē reddant, quòd etiam conuentuum guardiani computum in tempore assignauerint omni studio perquiratur. Cętera relinquimus discretioni uestræ moderanda: ea tantum tetigimus, quæ vlterius differri, & tolerari nō possunt: vehementiusq; vobis in hanc sententiam scriberemus, nisi uosmetipsos sponte satis incitatos esse confideremus. Opinamurq; prouectiores, & sapientiores ex uobis modum, limitēq; cęteris discolis apposituros. Habetis insuper Reuerendum patrem Magistrum Egidium ordinis uestri generalem Vicarium: uirum certè prudentem, probum, & honestum. Cuius consilio, & auctoritate si uti uolueritis: non dubitamus quin plurimum proficiatis. Nec alia. Dominus dirigat corda, & actus uestros. Romæ prima Octobris. M. CCCCC.

A tergo.

Reuerendis patribus Vicario, & Capitulo generali Fratrum Minorum Amicis nostris in Christo dilectis.

G. { *Epiſc. Albanenſis. S. R. E. Card.* } *Protugaleñ.*

Sequitur Littera Reuerēdiſs. Card. S. Praxedis.

VENERANDI ministri & Generalis conuentus Amici nostri carissimi. Religioni diui Franciſci etsi propria deuotione iam diu fuerimus affecti: nunc tamen propter absentiam. R. D. C. sancti Petri ad Vincula protectoris vestri: ac valetudinem. R. D.

Vlixbon. Viceprotectoris: cuius onus subiuimus, adducimur ingenti cordis affectu ipsius ferme collabentis opportunam instaurationem: ac incrementa cupere, & procurare, vt inde sancta mater ecclesia suum varium decorem, & Christi fideles vitæ suæ veluti normam, & speculum intueri possint, præsertim vt tot sinistris, ac infamibus quæstionibus per populos, reges, & principes aures pijssimas apostolicę sedis, & nostras indies pulsantibus, & obstrepentibus: cum religionis vestræ honore, & commendatione modus adhibeatur, & ordo. Quod per huius generalis capituli vestri prouidentiam, ac circumspectionem facilè disponi poterit: nec minus debebit, Ideirco nos ex onere nostro pro vobis suscepto paterna charitate adhortãdos, vobisq; significandum duximus, vt præfatæ vestrę religionis reparationi, & instaurationi talem curam: ac vigilantiam præstetis, vt à proximo excidio, & imminenti ruina vestra moderatione liberetur, veluti si prouidas mediocritates in quibuscũq; eam magis labefactari conspicietis, obseruari debere omnino constituatis, scilicet vagabundorum discursus, fratrum proprietates caueantur, vestimẽtorum quoque condecentia, locorum clausura, & plura huiusmodi virtutum, ac exemplorum bonorum hortamenta inter vos procurẽtur, stabiliantur, & obseruentur. Quæ ita per vos disponenda opere etiam per fratres adimpleri constantissimè curabitis: ne quid detractionis, & ignominię toti vestrę religioni, dum opportunè subueniri potest: contingat. Quandoquidem sancta sedes apostolica huiusmodi enormitates, ac impudẽtias cum eius dedecore diu perferre nequibit. Neque nos æmulorum vestrorum, & secularium hominum instantias, & clamores vndequaq; contra vos confluentes arcere, vel retundere valebimus. Superest ergo, vt confidãmus: quòd vestris incommodis futuris prospicientes tale, & tam salubre remedium laboranti religioni ve-

ſtræ apponetis, quòd eis certam ſaluationem parere poſſit, ac demum commendationem veſtram, & laudem apud nos, & omnes populos reportare. Beñe valete. Romæ ex palatio apoſtolico Die 28. Septẽbris, M. CCCCC.

A tergo.

Venerandæ uniuerſitati, & generali conuentui Fratrum minorum. Congregato: Amicis noſtris Chariſſimis.

A. { S. R. E. Presb. Card. Tituli } S. Praxedis.

¶ *Incipiunt nouæ reformationes Sanctionum seu Constitutionum Fratrum conuentualium Ordinis Minorum Editæ per vniuersum generale capitulum Interamnæ Die vndecima Octobris celebratum Anno Salutis. M. D. Iussu Sanctissimi in Christo patris & domini nostri. D. Alexandri diuina prouidentia Papæ sexti. Assistente sacræ theologiæ professore magistro Egidio Delphin Amerino præfati ordinis generali ministro in eodem capitulo vnanimi omnium assensu electo: ac præfati. S. D. Alex. Commissario Apostolico destinato.*

CAPITVLVM PRIMVM.

HOnorius Episcopus seruus seruorum Dei, Dilectis filijs Fratri Frāciſco, & alijs fratribus de Ordine Fratrū minorum Salutem & Apostolicam benedictionem. Solet annuere Sedes Apostolica pijs votis, & honestis petentium desiderijs fauorem beneuolum impartiri. Ea propter dilecti in domino filij vestris pijs precibus inclinati, ordinis vestri regulam à bonæ memoriæ Innocentio Papa prædecessore nostro approbatam, annotatam præsentibus, auctoritate vobis apostolica confirmamus, & præsentis scripti patrocinio communimus. Quæ talis est.

In nomine domini. Incipit Regula & Vita Fratrum Minorum. Cap. I.

REgula & Vita fratrum minorum hæc est. S. Domini nostri Iesu Christi sanctum Euangelium obseruare, viuendo in Obedientia, sine proprio, & in castitate. Frater Franciscus promittit obedientiam, & reuerentiam domino Papę Honorio, ac successoribus eius canonice intrantibus, & ecclesiæ Romanæ. Et alij fratres teneantur fratri Frãciſco, & eius successoribus obedire.

An fratres teneãtur ad omnia consilia euangelica.

QVoniam in hoc primo capitulo Regulę, ac iterũ in ultimo eiusdem dicitur, fratres debere obseruare euangelium domini nostri: Propter hoc non iniuria dubitari solet; An fratres ordinis Minorum ad omnia consilia euangelica sub præcepto tenerentur? *a* Ad hoc autem Generalis minister, cum toto capitulo generali, Interamnæ celebrato, Anno Christianæ salutis quingentesimo, supra mille: Die autem undecima mensis Octobris, recurrit ad declarationem Gregorij noni, & Nicolai tertij; quę ponitur in decretali; Exijt qui seminat. lib. 6. Cuius etiam meminit Martinus quintus in constitutionibus suis, ubi ad illud dubium respondetur sic: Dicimus & declaramus, ad illa consilia fratres tantummodo obligari, quæ in ipsa regula præceptorie, uel inhibitorie; seu sub uerbis æquipollentibus sunt expressa. *b* Vbicũq; igitur ponitur hæc dictio Teneantur. illa sententia æquiualet præcepto, uel inhibitioni. Et Clemens in decre. Exiui de paradiso, declarat quòd ubicunq; ponitur dictio imperatiui modi; illa sententia obtinet vim præcepti.

Quæ dictiones æquiualẽt præcepto.

Inde

Inde in iure sumitur glo. no. Verba imperatiui modi obligant secundum subiectam materiam. c Aduerte præterea secundum antiquas Regulæ declarationes; quòd de ieiunio, calciamentis & equitatione, etsi alibi ponitur dictio necessitatis; prælati possunt cum subditis dispensare si oportunum eis videbitur. Vnde sanctus Bonauentura in sua declaratione dicit; Si prælato videretur aliquem fratrem habere necessitatē soluendi ieiunium, tenetur ille frater non ieiunare: etiā si eidem videretur posse ieiunare. Id enim ad prælatū discernere spectat: non ad subditum. d Placeret tamen capitulo supradicto; vt Sanctissimus dominus noster Alexander sextus declararet, quòd ordo noster in hoc similis esset alijs ordinibus, quòd scilicet prælati saltem maiores, vt ministri, possent cum oportunum videretur cum subditis dispēsare in omnibus alijs: exceptis tribus votis principalibus. e Aduerte præterea secundum declarationem Gregorij noni; Innocentij quarti, Nicolai tertij, Alexandri quarti, & etiam Clementis quinti, fratres non tenentur ad ea quæ præcipiuntur vel inhibentur in testamento beati Francisci. Et hoc vel quia beatus Franciscus cum non fungeretur officio generalatus, statuta generalia edere nō posset, vel si fungeretur, non poterat ad illa suos astringere successores, cum par in parem potestatem non habeat. Quicquid sit de his rationibus satis est sedem apostolicam illa non acceptasse neque confirmasse, & fratres ad obseruandum eiusmodi præcepta minimè obligari. f Verum quia regula dicit: Frater Franciscus promittit obedientiam & reuerentiam. D. Papæ Honorio, & successoribus eius canonicè intrantibus, & ecclesiæ Romanæ, sequendo constitutiones Martini quinti, & alias quàmplures, volumus omnes fratres (vt dignum & iustum est) honorem & reuerentiā exhibere. S. D. N. Papæ cæteriſq; prælatis & clericis. Quod enim frater Franciscus promittit, intelliguntur promisisse

In quibus possunt prælati cum subditis dispensare.

Petitur declaratio expressior a pōtifice.

Fratres non tenentur ad testamentum beati Francisci.

Frēs obediāt pontifici & prælatos honorent.

Prælatis obediendum est.

mississe in ipso & alij. Vnde & ipse beatus Franciscus, presbyteros monuit præ cunctis reuereri. g Statuimus insuper cum eiusdem Martini sententia, vt omnes & singuli fratres cuiuscunque nationis, gentis vel patrię existant, suis prælatis obedire teneantur: Generali atque prouincialibus ministris, custodibus & guardianis, non obstante quocunque priuilegio vel indulto quomodocumque & qualitercumque concesso, in cõcilio Constañ. vel in Curia Romana, cassando, annullando eiusmodi indulta ac si nunquã fuissent cõcessa.

De ingressu ad ordinem. Cap. II. Art. II.

SI qui voluerint hanc vitam accipere, & venerint ad fratres nostros, mittant eos ad suos ministros prouinciales: quibus solummodo & nõ alijs, fratres recipiendi licentia concedatur. Ministri vero diligenter examinent eos de fide catholica & ecclesiasticis sacramentis, & si hæc omnia credant & velint ea fideliter confiteri, & vxores non habeant: vel si habeant & monasterium iam intrauerint vxores: vel licentiam eis dederint; auctoritate diocœsani Episcopi voto continentiæ iam emisso, & illius sint ætatis vxores q̃ non possit de eis oriri suspicio, dicant illis verbum sancti euangelij, quòd vadant & vendant omnia sua bona, & ea studeant pauperibus erogare. Quod si facere non potuerint, sufficit eis bona voluntas. Et caueant fratres & eorum ministri,

nistri, ne sollicitisint de rebus suis temporalibus, vt libere faciant de rebus suis quicquid dominus inspirauerit eis. Si tamen consilium requiratur, licentiam habeant ministri, mittendi eos ad aliquos Deum timentes, quorum consilio bona sua pauperibus erogentur. Postea concedant eis pannos probationis: videlicet duas tunicas sine caputio, & cingulum, & brachas, & caparonem vsque ad cingulum, nisi eisdem ministris aliud secundum Deum aliquando videatur. Finito vero anno probationis, recipiantur ad obedientiam, promittentes vitam istam & regulam semper obseruare. Et nullo modo licebit eis de ista religione exire, iuxta mandatum domini Papæ. Quia secundū S. euangelium. Nemo mittens manum ad aratrum & aspiciens retro, aptus est regno Dei. Et qui iam promiserunt obedientiam, habeant vnam tunicam cum caputio, & aliam sine caputio, qui voluerint habere. Et qui necessitate coguntur, possint portare calciamenta.

IN hoc capitulo sūt duo articuli. In primo agitur de nouitijs & de modo recipiendi fugientes à sæculo. In altero vero de vestibus & fratrum indumentis. *b* Circa priorem articulū Generalis cum toto capitulo iuxta Con. Nicolai tertij in decre. superius p̄missa determinat, vt non solū Generalis, sed & puinciales ministri personas fugientes a sæculo ad ordinē recipere possint. Caueant tamen ne absque delectu omnes admittant: sed illos tātum qui ordini vtiles esse possunt,

b Ministri ordinarie possunt ad ordinem recipere

Qui possunt recipere ad ordinẽ ex cõmissione.

sibique, & alijs valeant proficere. *i* Addit insuper vt in eadem decretali continetur, quòd ministri vices suas hac in re custodibus ac guardianis alijs etiam pro bis patribus ac theologiæ professoribus committere possint, quo videlicet fratrum numerus sic augeatur, ut multiplicata gente etiam lętitia magnificetur. *k* Iccirco capitulum prememoratum non solum hoc cõcedit, sed etiam cuilibet guardiano mandat, ut tempore sui officij aliquos idoneos ad ordinem recipiat. Secus ineptus ad eiusmodi officium iudicabitur, nisi legitime se excusauerit, vt quia nemo indui voluerit & cętera huiusmodi. *l* Præterea propter euitandas in posterum lites & cõtentiones iuxta generales sanctiones, statuit idem Generalis cum toto capitulo, vt quando aliquis in prouincia aliena, in qua videlicet natus non esset reciperetur, minister teneatur declarare & litteris committere, quas ille receptus secum habere debet, pro qua prouincia, custodia, & loco determinate recipiatur. Siqui vero de quibus eiusmodi declaratio hactenus facta non fuisset, inuenirentur, præsenti statuto declaratur, illorum conuentuum vel locorum esse ex quorũ terminis originem suam traxissent: nisi aliter in professione recepti fuissent. *m* Tales autẽ eos qui recipiuntur esse oportet, quales in generalibus constitutionibus ostenduntur, fideles, catholicos, de nullo errore suspectos, corpore sanos, animo promptos, matrimonio per copulam carnalem non ligatos, legitime natos, debitis expeditos, cõditione liberos, nulla vulgari infamia notatos, nullo excommunicationis vinculo innodatos, competenter litteratos, aut ad litteras capessendas aptos, ad labores honestos & vtiles idoneos, vel saltem talis conditionis extiterint, quòd ipsorum receptio clero & populo ædificationẽ non mediocrem, & ordini decorem afferre possit. *n* Circa tamen particulam infidelitatis seu excommunicationis Bonifacius octauus ita loquitur: Volentibus

Præceptum de recipiẽdis ad ordinem fratribus.

Qui recipitur pro aliquo loco: recipiatur determinate.

Conditiones recipiendorũ ad ordinem.

vestro

vestro aggregari consortio qui suspensionis aut inter dicti vel excommunicationis sententijs, a iure vel a iudice generaliter vel spiritualiter sunt ligati, absolutionis beneficium obseruata forma canonica, impartiri ipsosque in fratres recipere, ac eos qui post assumptũ habitũ vel professionẽm premissam recoluerint se talibus in sæculo sententijs fuisse innodatos secũdum formam ipsam, vos generales ac prouinciales ministri atque custodes nostras vices gerentes valeatis absoluere, & cum eis in irregularitatibus dispensare: ita tamen quòd si aliqui eiusmodi sententijs propter debitum fuissent astricti, satisfaciant ut tenentur. Hęc ille. Additque quòd si sic absoluti nec intrarent ordinem, nec ipsum redeundo ad sæculum deserererent; in prædictas sententias relabantur. *o* Præterea iuxta generalia statuta ordinatur, ut nullus pro laico recipiatur, nisi octauum & decimum annum attigerit, neque post quadragesimum. Non enim esset ad labores & seruitia fratrum idoneus, nisi ex eius receptione ordini gloria, clero ac populo ædificatio sequeretur. *p* Neque professus pro laico promoueri ad clericatum sine generalis capituli licẽtia possit. Nullus autem pro laico insuper recipiatur sine prouincialis uel generalis capituli licẽtia, ne taliũ multitudine ordo uilesceret. *q* Inhibetur etiam, ut nullus in alia religione professus ad gremium nostræ religionis sine suorum superiorũ licẽtia in scriptis obtenta recipiatur, ne religioni, ex qua egreditur iniuria irrogetur. Talemque solis ministris liceat recipere. *r* Statuit præterea & determinat iuxta Con. Martini quinti, & ius commune, vt nullus ad ordinem recipiatur, nisi annum quartum decimum compleuerit. Tunc enim anni discretionis nõ uidentur ut plurimum posse carere. Si tamen quis ante illud tempus esset oblatus a parentibus, aut bonę indolis, bonæque spei, aut nobilis genere extiterit, sic enim in Cõ. generalibus habetur, recipi possit. Circa quem

Priuilegium Bonifacij de absolutione ab omni censura, qui ordinem minorũ ingrediũtur.

In quæ etate laici sunt recipiendi.

Laicus nequit esse clericus nec laici sunt in ordine multiplicandi.

Quo pacto professi in alia religione sũt recipiendi.

De ætate recipiendorum.

quem seruetur ius commune. 1. q. 1. quòd tempore cõgruo, & accedente discretione ponatur in suo arbitrio, si voluerit probari uel non probari. *f* Quia non obstante quòd habitum religionis & nouitiorum deferant, non tamen ante quartumdecimum annum dicuntur proprie nouitij, sed oblati. Venientes autem ad ordinem, examinentur de fide catholica, prout in regula continetur. *t* Dicaturque illis verbum sancti Euangelij, quòd vẽdant omnia sua bona, & ea studeant pauperibus erogare, quòd si erogandum nil habuerint; sufficit eis bona voluntas erogandi, voluntas enim firma pro facto & opere habetur. Hoc idem stat circa oblatos, cum ad ætatem congruam peruenerint. Et quãuis ḋ rebus suis ipsi veniẽtes libere facere possint quicquid dominus inspirauerit eis, vel secundum consiliũ aliquorum timentium Deum; neque ministri aut alij fratres eos ad disponendum inducere debeant. *u* Consideratis tamen fratrum necessitatibus, & inspecto moderamine Apostolicæ sedis declarationis, liceat eis ab ingredientibus aliquid per modũ elemosynæ sicut & cæteris pauperibus recipere, si eis libere contribuatur. Tandem eis regula & ordinis austeritas declaretur, & probationis caputium imponatur. *x* Statuitur tamen quòd si aliquando ministris cum aliquibus de caputio probationis dispensare placuerit, illis etiam idem minister protestetur nullũ ius habere in religione, si professorum habitum deferant, nisi tempore suo expressã prius fecerint professionem, quod sine euidenti causa non faciant. Custodes vero, guardiani, & alij, qui tpe suo suos nouitios sine probationis caputio incedere permiserint, acriter puniantur, & ad nullum capitulũ per annum aduocentur. *y* Decernitur quoque ut aliquis frater probus, moribus grauis, religiosus, & circumspectus pro magistro nouitiorum & oblatorum in capitulo prouinciali quotannis eligatur, qui poterit pluries confirmari. Hic magister eos cum spiritus fer-

uore

Oblati non sunt proprie nouitij.

Quid sit agẽdum circa ingredientes.

Licet aliquid per modum elemosynę ab ingredientibus ordinem recipere.

De caputij probationis dispẽsatione.

Qualis debeat esse nouitiorum magister.

uore atque ardore doceat orare, frequentius confiteri, honeste conuersari, humiliter obedire, cordis & corporis puritatem seruare. *a* Vult & statuit præterea iuxta summorum pontificum sanctiones, quòd in qua libet custodia cuiusuis prouinciæ vnus aut plures conuentus aut loca aptiora assignentur, in quibus nouitij aut oblati debeant erudiri, tam in litteris quam in cãtu & officijs celebrandis, quorum indigentijs ministri & custodes prouidere teneantur. *b* Inhibet præterea dictus Generalis cum dicto capitulo nouitios ad sacros ordines promoueri, ne ante professionem licentia redeundi ad seculum priuati viderẽtur. Et si ante ingressum sacerdotes extitissent, prohibet eis confessiones audire, ne curis alienis distracti, proprias relinquant, sed humiles Deo famulentur. *c* Præcipitque ob eandem rem, vt toto nouitiatus tempore cum secularibus & alterius religionis fratribus sine licentia & assignato socio nullatenus loqui præsumant, litteras non mittant, nec sine licentia recipiant. Non permittantur per conuentum in quo sunt, sine socio vagari, aut cellas fratrum intrare, siue per ciuitatem aliquem associare, vel extra nouitiatum dormire. Possit tamen (vt Sixtus quartus addit) magister nouitiorum accedẽte rationabili causa eos cum aliquo probo patre extra conuentum quandoque mittere. *d* Additque idem Sixtus, vt pulsato diuini officij primo signo, ducat eos magister processionaliter in ecclesiam, psalmum Miserere, dicentes. Cumque ad aquã benedictam peruenerint, humiliter ibi genua flectant, & ab ipso magistro aqua benedicta aspergantẽ, deinde exhibita prius corpori Dominico reuerẽtia per osculum gradus altaris chorum ingrediantur, ibique quousque officium inchoetur in oratione aut meditatione persistant. In exitu vero de choro, post horam vespertinam aut completorij supradicto modo ad fratrum sepulchra accedãt, & pro defunctis orent. Et eo ordine quo ad ecclesiã venerant,

De nouitiorũ eruditione.

Non promouẽantur nouitij ad ordines ante professionem.

Nulli loquãtur nouitij sine licentia.

Ordo tenendus quando nouitij accedunt ad diuina celebranda.

venerant, ad nouitiatum reuertantur. Quotidie quo que post completorium dicant Benedicta tu. cum lectionibus Missus est, vel alijs, vt fuerit consuetudo vel deuotio. immo poterunt nunc Missus est, nunc Sancta maria dicere, prout deuotioni præsidentis videbitur.

Non artandus est nouitius si ad seculum redire voluerit.

e Præterea secundum pontificum Constitu. caueant guardiani & magistri nouitiorũ, ne quemquam ad aliã religionem, vel ad sæculum infra tempus probationis ire volentem vllo modo impediant. Sed si voluntate propria exire voluerint, libere permittantur. Nouit enim dominus qui sunt eius, & diuerso calle in eundẽ beatitudinis terminum homines tendunt. f Nullus denique nouitiorum ad professionem recipi debet nisi ab ipso ministro vel custode, vel ab alio, cui minister committeret, & nisi expleuerit annum quintumdecimum, & totum annum probationis continuatum, non interruptum. Nam si interciperetur, professio nulla est, & recipiens est suspensus. Cuperemus tamen (si sanctitati domini nostri Alexandri pontificis in nostrum ordinem clementissimi placeret) vt casu mortis, aut alterius causæ euidenter vtilis & honestæ possent ministri professionem alicuius accelerare.

De nouitiorũ professione.

Clericus sciat officium.

g Ordinatur etiam quòd quilibet pro clerico recipiendus sciat per se ipsum diuinum officiũ ordinare. Et si quis contra præscriptum modum & formam fuerit receptus, vel in posterum recipietur, nõ promoueatur ad sacros ordines, nec ad studia mittatur, nisi vt dictum est, officium ordinare sciat. Et transgressores acriter puniãtur. Completo autem tempore probationis, si a fratribus conuentus bonum testimonium habuerint, poterunt recipi ad professionem. h Et qui profitetur, vtramque palmam iunctam intra palmas recipientis teneat, hęc dicendo: Ego frater .N. voueo, & promitto Deo omnipotenti, & beatæ Mariæ semper virgini, beato Francisco, & omnibus sanctis, & tibi pater, toto tempore vitæ meæ seruare regulam fratrum minorum, per

Modus profitendi regulã beati Francisci.

Verba profitentis.

dominum

dominum Papam Honorium confirmatam, & à pluribus pontificibus declaratam. Præsertim secundum determinationem Martini quarti & quinti, & Clementis secũdi, Eugenij quarti, Sixti quoq; quarti, & Alexandri sexti, viuendo in obedientia, sine proprio, & in castitate. Et illico quicum recipit, cum magno cordis ardore subnectat. Et ego ex parte Dei, & ipsius firma ordinatione, si ista obseruaueris, vitam æternam tibi promitto. Et astantes dicant Amen, seu Fiat fiat. Eiusmodi aũt receptio fiat coram toto fratrum conuẽtu, ad hoc peculiariter conuocato & consentiente tali solẽni actui in registris connotato. *i* Et nouitij hãc professionem facturi, nihil sibi prorsus tanquàm proprium reseruent quo ad dominium. Quia tamen friguit charitas multorum, seruetur declaratio summorum pontificum de procuratoribus, præsertim Sixti quarti de fratrũ successionibus & hæreditatibus, quæ ab intestato vel quomodolibet aliter ad eos pertinerent. Sintq; nouitij antea confessi & absoluti, quo indulgẽtias à sede apostolica & gratiæ augumẽtum tanquàm idonei suscipere, præuia contritione & confessione valeant. *k* Et si aliquando nouitiorum recipiẽdorum ad professionem conuersatio vel vita suspecta esset: eorum receptio prouincialibus ministris reseruetur: quorum interest dubia declarare. *l* Statuit quoq; : vt nullus frater possit gaudere officijs ordinis, si expresse modo iam dicto non fuisset professus, immo ad omnes actus legitimos sit penitus inhabilis. *m* Præterea secundum D. Benedicti Consti. & Sixti ordinat, quòd iuuenibus non sacerdotibus, & primum & vigesimum annum nondum attingentibus grauis & honestus magister assignetur, qui eos ne ocio torpescant, neue in facinora labantur, in studiosis exercitijs occupare contendat. Prælati vero (si eiusmodi magistros negligentes inuenerint) & officijs priuent, & etiam penis grauibus plectant. *n* Ordinatur insuper,

Nouitij sint sine proprio, & sint confessi quãdo fitentur.

Nouitij suspecti non admittãtur ad professionẽ.

Non professus nõ potest gaudere priuilegijs ordinis.

De magistro iuuenum professorum.

De eruditione iuuenum in conuentibus magnis.

per, vt omnes conuentus principaliores grammaticę magistrum pro iuuenum instructione teneant, similiter & magistrum cantus. Et quilibet guardianus sub pena priuationis officij sui de facto debeat in suo conuentu aliquos iuuenculos retinere, si à ministro aut custode fuerit requisitus, & in studio grammaticę enutrire, etiam extra conuentum transmittendo cum religionis honore quotiens oportuerit. *o* Præterea ordinat & præcipit iuxta prædecessorum atq; pontificum sanctiones, vt nullus ad gradum sacerdotij ante quintum & vigesimum annum promoueatur. Et sic promoti vsque ad tempus illud suspendantur, nisi cum eis per sedem apostolicam fuerit dispensatum. Declarat tamen, in pontificis clementia confidens, quòd actu ex debito alicuius prouinciæ studentes in secundo & vigesimo anno iuxta antiquam ordinis consuetudinẽ promoueri ad sacerdotium possint. Non enim aliterà conuentibus educari possent, nec post tale tempus, nisi sero proficerent. Similiter cõmunis ritus ecclesię de diaconibus & subdiaconibus obseruetur. Subdiaconus nisi octauum & decimum annũ, diaconus vero nisi vigesimum attigerit, non poterit ordinari. *p* Immo (vt constitutiones Tuderti quondam editæ statuunt) custodes prouideãt omnino, vt iuuenes priusquàm ad ordines promoueantur cãtum planum bene addiscãt. Neque à ministris aut custodibus sub pena priuationis aut suspensionis ab officio cantare nescientes promoueantur. Hoc idem de ignorantibus, & de his qui malæ vitæ sunt, nisi resipiscant. *q* Statuit quoque q̃ fratres recepti pro laicis, nullatenus clericalem deferant coronam. Et deferentes si post primam admonitionẽ non deposuerint, pena carceris puniantur, & nihilominus ad eam deponendam compellantur. *r* Clerici comam non nutriant, nec barbam, sed arceant capillorum prolixitatem: ita vt inter rasuram cutis & aures non sint amplius quàm tres digiti. Et qui sæpe moni-

De ætate promouẽdorum ad sacros ordines.

Aetas diaconorũ & subdiaconorum. Ignari in cãtu non promoueantur ad ordines.

Laici non deferant coronam clericalem.

Qualis debeat esse capillorum prolixitas, & quomodo rasura fieri debet.

ti non destiterint: penitus tondantur. ſ Fiat autem rasura in hieme de quindena in quindenam: æstate vero de octaua in octauam diem, secundum dispositionem præsidentis.

Secundus articulus de vestimentis.

ET fratres omnes vestimentis vilibus induantur, & possint ea repetiare de saccis & alijs petijs cum benedictione Dei. Quos moneo & exhortor, ne despiciant neque iudicet homines, quos mollibus viderint vestimentis & coloratis indutos, vti cibis & potibus delicatis; sed magis vnusquisque iudicet & despiciat semetipsum.

De vestimentorum qualitate.

CIrca hunc articulum statuit & ordinat Generalis cum toto capitulo, quòd iuxta antiquorum patrum statuta, vestimentorum vilitas non solum in precio, sed etiam in colore attendatur. Ita vt semper in fratrum vestimentis reluceat domina paupertas vilitas, & asperitas. Sic tamen ut non sint adeo mollia & pretiosa, vt vanitatis & pompæ cuiusuis argui possint, neque adeo aspera & vilia vt horrorem intuentibus incutiant, ipsosque fratres ridiculos reddant. ℣ Longitudo habitus sit iuxta longitudinem ipsius deferentis, ita quod ad terram non attingat. Sit tamen aliquis respectus ad personarum dignitatem etiam secundum latitudinem. Et quia secundum Martini cõstitutionẽ plica ferenda est, quæ tamẽ vltra quattuor digitos non protẽdatur, neque ita breuis sit quin chordam operire possit. Hanc tamen plicam solum, vbi cõsuetudo est, deferendam decernitur. Latitudo habitus quattuor & viginti palmos aut circiter non excedat

De habitus longitudine. Vide summã angelicã.

De plica habitus.

De habitus latitudine.

De qualitate caputij et caparone.

iuxta grossitiem deferentis. *x* Caputiũ professorum ademptione caparonis differat a caputio nouitiorum. Quum caparonem præcipit Generalis de cætero a nouitijs deferendum. Neque ministri facile in hoc dispensent. Talique modo incidatur caputium, quòd impositum capiti honeste capillos cooperiat, & longitudine cingulum non excedat. De forma caputij cum tota religione iamdiu dispensatum est; non enim defertur sicut in primordio deferebatur. *y* Antequam vero incidatur habitus, pannum religioni conuenientẽ, aliquis ex prælatis iudicet. Et qui habitum aut mantellum sine prætio prælati iudicio incidisset, priuetur vsu illorum etiam si pannũ condecentem emi fecisset. Non sit autem pannus guttulis diuersi coloris aspersus, ad album potius quam ad nigrum tendens. Non sit tamen albus aut niger, sed griseus vt decet. Neque de rascia aut sargia quisquam de cætero habitum aut mantellum conficiat; sub pena priuationis actuum legitimorum. Super quo custodes sub pena priuationis officij inuigilent. Caueant etiã a nouitatibus & alijs in caputio manicis & fimbrijs, ornamentis. *a* Et duplicia aut superflua non habeant vestimenta. Nec appareant in ipsis habitibus aliquæ fissuræ ad manus mittendas interius sub prædicta pæna. Possunt tamen ex declaratione Nicolai, ministri & eorum vicarij pluriũ tunicarum vsum fratribus concedere cum opus est. Eaque de panni qualitate a prælatis iudicanda pauloante diximus, statuit etiam Iohannes vigesimus secundus & Benedictus duodecimus, addunt que quòd contrarium facientes, si moniti post quindecim dies non se emẽdauerint, ipso facto sententiam excommunicationis incurrant: a qua per solum ministrum præuia satisfactione poterunt absolui. *b* Statuitque idem Benedictus vt custodes & guardiani vel procuratores deputati singulis annis emi faciant pannos pro communitate, qui sint honesti & condecẽtes fratribus induendis,

De qualitate caputij et caparone.

De caputij qualitate.

De qualitate pannorũ, nec sine licentia incidãtur pãni.

Rascia et sargia non admittitur.

De duplicitate vestimentorum.

Emantur pãni conuenientes a procuratoribus.

& vnicuique prout opus fuerit distribuant. *c* Cauetur quoque vt guardianus non possit sibi vestimẽta ex vlla elemosina parare nisi prius omnes fratres sui conuentus indigentes fuerint induti, hoc enim decernunt statuta apostolica. *d* Dicuntur autem indigentes qui per obedientiam requisiti dicunt non habere elemosynam, nec ab amicis, nec a consanguineis posse habere. *e* Et vt conuentus reddantur indemnes, & fratrũ inconstantia coherceatur, & vt etiam tollantur in guardianos querelæ ordinat generale capitulum, vt de cætero de triennio in triennium fiat vna completa tunica singulis sacerdotibus ab eo conuentu vbi seruierint. Et vbi contigerit in illis annis in tribus morari conuentibus eorum portionibus consuetis procuratores triũ conuentuũ de integra prouideant tunica. Et si sacerdotis inconstantia vsque ad capitulũ in sua mansione nõ perseuerauerit, ad nullã tunicam ille cõuentus unde discedit teneatur, nisi aliter prælatorum misericordia iudicauerit. Idem sit iudicium de alijs elemosynis aduenientibus, quæ particularibus fratrũ necessitatibus essent dispensandæ. Quæ omnia securius in fine anni distribui poterunt. *f* Chorda præterea neq; de lana neque de filo præsertim albo aut alio colore tincto de cętero fiat. *g* Neq; moniales ex nũc eiusmodi chordas pro earum aut fratrum vsu confice re debeant. Et quæ eas tales conficere pro tali vsu prę sumerent, si admonitæ non se emendare studuerint, pę nam carceris luant. Fiat uero chorda funea extẽsa, a la queo vno palmo cũ tribus duntaxat nodis vel nexibus *h* Mandatur insuper iuxta generalia statuta, quòd tã in habitu quam chordis ac etiam alijs indumentis seruetur quoad fieri potest vniformitas. *i* Mãtellos quoque rugatos seu crispos circa collum fratres non deferant, neque ita longos vt vsque in terram defluant & totum habitum cooperiant. Birreta nigra aut actu consuta non deferãt nisi magistri in theologia in actu solennis

Prouideat primo prælatus subditis indigẽtibus, quã sibiipsi qui sunt indigẽtes in ordine.

De tunica fratrum.

De chordone seu cingulo qualitate.

Moniales eordas non faciant præcipue delicatas.

Vniformitas habituum.

De mãtellis & birretis.

solennis disputationis, aut in nouitate magisterij. *k* Mandatur insuper quòd in lectis & eorum operimentis vilitas, paupertas & deuotio reluceat. Et iuxta generalia statuta non vtantur lectis de plumis: nisi debiles fuerint, aut itinere fessi, aut infirmi, pro quibus debet locus cõmunis deputari. *l* Neque camisijs lineis aut almucijs circa collum cuiusuis coloris vtantur, neq; pelliceis & chyrotecis, neq; bursis aut aliis loculis. Tamen ad pellendã sordiciem, ne sint stomacho intuẽtibus, concedit generale capitulum, quòd fratres possint deferre subtus ad carnem camisias laneas etiam albi coloris, & cum interiori tunicula dormire, non dimittendo caputium, cingulum, & femoralia prout ministri declarabunt. *m* Nullus autem fratrum caligas clausas aut calceos vanos deferre audeat, sed caligis grisei coloris genua honeste cooperientibus, & calceis scissis seu fissis, & soleis vel calopodijs qui voluerint, & planellis hieme, si opus est, sine talaribus vti poterint licite, cum totus pes vndiq; nõ sit corio tectus. Et si vrgente gelu vel pluuia, aut itinere calceis integris totum pedem tegentibus quandoq; vterentur, dummodo non cõsuetudinarie vt Martinus approbat, sint illi rudiores vt in ipsis quoque appareat vilitas & asperitas, & deferendi necessitas. *n* Neque vt extra de honestate habetur, deferre præsumant ocreas, quas vulgo borzachinos appellant, sub pœna disciplinæ, nisi longioris itineris & hiemalis gratia, iudicio prælati aliter ordinaretur. Vnde regula dicit: Et qui necessitate coguntur, possint portare calciamenta. Habeantur quoque pro missis celebrandis calciamenta, quæ sacrista & præsidens diligenter præparent. Secus enim erunt inepti ad eiusmodi officia. *o* Mandat denique capitulum generale: mandatum quippe vetus non nouum: ne fratres in festo sancti Nicolai, Innocentum, uel quibuscũq; alijs diebus, vt in festo sancti Pauli vtantur vestimentis secularium, aut vllo pa-

Non sint ornamenta lectorũ qui de plumis non sint.

Non vtantur camisijs lineis.

De caligis et calceis.

De calopodijs.

Borzachinorum usus prohibetur seu potius cõturnorum.

Calciamẽta p diuinis celebrandis & pro eundo foras.

Repræsentationes non fiãt apud fratres.

cto ipsis in publico induantur, vel nouitates aliquas dissolutas inducant, sub pœna cõfusibilis expulsionis à conuentu vbi fuerint collocati. Eadem pœna plectãtur, qui coram sęcularibus vel in conuentu, vel extra sine habitu comparerent. *p* Statuit demum Generalis cum toto capitulo, prout Innocentius quartus in c. vt periculosa, determinat. extra. ne clerici vel monachi, quòd quicunq; aliter indutus incedit extra religionem manens, quàm in religione existens incederet, ipso facto est excommunicatus: neque absolui potest, nisi ab ordinario. Neque etiam alios permittant qui non fuerint nostri ordinis habitum nostrum portare etiam ex voto.

Non appareat in publico frater sine habitu.

Cap. III. de diuino officio. Art. I.

CLerici faciant diuinum officium secundum ordinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, excepto psalterio, ex quo habere poterunt breuiaria. laici vero dicant vigintiquatuor pater noster pro matutino, pro laude quinq;, pro prima, tertia, sexta, nona, pro qualibet istarum septem, pro vesperis duodecim, pro completorio septẽ, & orent pro defunctis.

IN hoc prẽsenti capitulo sunt tres articuli. Primus de diuino officio. Secundus de ieiunio. Tertius de peregrinando seu per mundum eundo. *q* Circa primum articulum supranominatus generalis cum toto capitulo iuxta sanctiones Benedicti duodecimi ordinat: quòd ante missarum & horarum principia, fratres

De conuenientia ad chorũ. tres quos causa rationabilis non excusat; ad chorum conueniant præparaturi domino corda sua, ibiq; sine risu, murmure, discursu, & vanis aspectibus; cum silentio, cum debita grauitate permaneant, cantent, & orent, & vsq; in finem vnanimiter perseuerent: diuinas laudes deuote persoluant, gestus leues & cantus dissolutos & fractos penitus declinent. r Quia cantus ecclesiasticus est diuinæ laudis sacrificium, fructusq; labiorum canentium ædificatio esse debet non solum eorum qui psallunt; sed etiam auditorum. Tractim ergo psallant, simul incipiant, simul pausent, simulque incepta finiant. Et si quis psalmum vel quid aliud in suo tono non ceperit, & sine euidenti strepitu emendari non poterit, eodem modo alij prosequantur: cum cantus sit verbi ornandi gratia, & non econtrario. Nec omnes simul corripiant chorũ, sed ille qui fuerit præsidens. Et vbi diuina commode cantari non poterũt, prælati prout eis expedire videbitur dispensabunt. s Et vt Sixtus quartus addit, dum hymni cantantur, aut canticum virginis atq; Zachariæ & iusti senis Symeonis: dumq; totum virginis officium persoluitur, fratres stent erecti stallis non hærentes. Et vno exeunte ad librum quãdo opus est omnes vnanimiter accedãt. Et secundum generalia statuta genua flectant, quotiẽs dici aut cantari audiuerint fratres: videlicet Verbũ caro factum est. Homo factus est. & hoc. s. Et procidẽtes adorauerunt eum. Ecce ancilla domini. De qua natus est Iesus qui vocatur Christus. Quos precioso sanguine redemisti. Similiter cũ dicitur Gratias agimus tibi. Gratias agamus, & cætera eiusmodi, vt pro tanto munere exhibeamus Deo gratiarum actiones. Similiter cum dicitur. O crux aue spes vnica. Aue maris stella. Nos quoq; qui sancto tuo redempti sangui ne sumus. Similiter dum Dei & Iesu atq; Mariæ nomina audiunt & beati Francisci, inclinent deuote capita sua. t Nullus insuper fratrum sine licentia præsi

Modus horarum dicendarum.

Quid cantus ecclesiasticus

De cantu male inchoato.

Quãdo stare debent fratres.

De genuflexione in horis.

De corporis dominici reuerentia.

dentis

dentis chorum egrediatur. Et qui egrediuntur aut in grediuntur, ad gradus capellæ maioris flexis genibus dominico corpori reuerentiam deuote exhibeant, neque per eccleſiam diſcurrant, neq; cum ſecularibus in eccleſia aut primo clauſtro colloquia niſi rationabili neceſſitate habeant, neq; dum diuina celebrantur cõfeſſiones audire abſq; notabili neceſſitate, & præſidentis licentia præſumant. *u* Fratres deniq; ſacerdotes miſſas ſuas deuote, moroſe, voce ſuaui, culparum ſuarum confeſsione præcedente celebrare ſtudeant. Non immorentur prolixitate aſtantes, nec nimia breuitate confundant. Celebrent ſinguli ſecundum ordinem in ſcriptis vel verbo datum. Si quis infirmitate vel alio iuſto impedimento defecerit, ſubueniat qui poſt eum eſt in ordine, & ſic ſubſequenter. Et qui ægritudinem vel aliud impedimentum finxerit, & ob hoc ſcandalũ fuerit in eccleſia, vino & pulmento biduum careat. Nec permittantur celebrare notabiliter ignari ac balbutientes. *x* Qui vero non fuerint ſacerdotes de quindena in quindenam præmiſſa confeſſione communicentur. Et eodem die genu flexi coram fratribus in menſa petant veniam humiliter vt decet. Eo quoq; tempore fiat deuota renouatio huius admirandi ſacramẽti. Circa præmiſſa vero ſi quis ex certa ſcientia tranſgreſſor fuerit, ſequendo veſtigia Sixti quarti ordinat, ſi correctus & monitus non ſe emendauerit primo priuetur potu vini in prandio vel cena. Secundo priuetur tam in prandio quàm cena pulmentario. Tertio comedat in terra coram fratribus in refectorio panẽ, & aquam bibat. Quarto interdicatur acceſſus ad ciuitatem. Quinto diſciplina corripiatur. Poſtremo ſi pertinax fuerit, carceri mancipetur. Et vbi opus fuerit: a conuentu confuſibiliter expellatur. *y* Declarat præterea generalis cum capitulo iuxta Benedicti Cõ. à choro eximi infirmos, multum ſenes, & ad arbitrium miniſtri multum debiles. Magiſtros & lectores in ali-

Non ſit diſcurſus in Eccleſia, aut primo clauſtro.

Inter diuina non audiãtur confeſſiones.

Modus celebrationis miſſarum ſine ceremonia.

De cõmunione à non ſacerdotibus ſienda.

Renouatio corporis Dominici.

De eximẽdis à choro.

quibus generalibus ſtudijs conſtitutos, & actu legentes, & ſtudentes dum ordinarijs & theologiæ ſunt occupati lectionibus. Qui tamen aliqua hora ad officiũ celebrandum ſe in aliquo loco diſponant. Actu quoq; prædicantes, & qui à ſuis ſuperioribus ob rationabilẽ cauſam exempti fuiſſent. Iudicent tamen prælati & aduertant, ne in fraudem diuini cultus eiuſmodi exẽptiones ſibi vſurpent. *a* Statuit quoq; & firmiter mãdat ſæpedictus Generalis cum toto capitulo: vt ſi quis fratrum (quod abſit) fuerit notatus publice de conſueta omiſſione diuini officij, cuiuſcunq; gradus aut conditionis extiterit, ſit priuatus omni officio quod haberet, & inhabilis reddatur ad quæcunq; alia ordinis officia. Neq; niſi per generalem ad illa poſsit reſtitui. *b* Publicè autem notatus intelligitur; Quãdo aliquis chorum non frequentans, nec auditur, nec videtur diuinis vacare: prout in viſitatione deprehendi poterit. Et pro maiori talium confuſione Miniſter in capitulo prouinciali ſic notatos publice pronunciet: vt ſaltem formidine pœnæ & ignominiæ fugiant quæ non licent, & quæ oportet faciant. *c* Et omnes clerici habeant breuiaria ſecundum ordinem ſanctæ Romanæ eccleſiæ: quæ etiam hodie vt nos pſalterio gallicano vtitur. Et concordent cum choro; etiam ſi pluries de eodem ſancto eſſent officium dicturi. Vis enim conſiſtit in officio perſoluendo, non autem in cõmemorationibus ſanctorum iterandis. Nec feſtum alicuius ſancti fiat qui non fuerit in Kalendario conſueto: etiam ſi in capella Papæ de illo fieret, niſi id pontifex iuſſerit. Fiat ſemper de feria in quadrageſima, cum reſponſorium vel aliud proprium fuerit. Et ſi quando aliquem chorum poſt inceptum officium intrare contingeret, proſequatur pſalmum & verſum ſimul cum choro, quæ vero prætermiſerat, expleto officio ſuppleat. Nam ſecundum doctores conſcientiæ ſatisfacit. Melius eſt enim ordine præpoſtero vti: quã

De negligentibus circa diuina.

Qui ſit publice notatus.

Notati de omiſſione officij pronunciẽtur in capitulo prouinciali.

Vſus breuiariorum.

Concordent omnes in horis dicẽdis.

chorum

chorum fusurrationibus impedire. *d* Statuitur quoque: vt in commemorationibus sanctorum nostri ordinis in vtrisq; vesperis & matutinis dicatur Antipho na. Vos sancti Dei inclyti, vel. Et quicūq; hanc regu lam &c. cum versiculo Eterna fac &c. Et oratione Deus qui sacram religionem, aut Deuotionem nostrā. *e* Similiter ordinatur: vt officium de vndecim millibus virginibus fiat de virginibus iuxta ritum Romanæ Curiæ: fiatq; octaua beati Francisci duplex, octaua vero quinque martyrum semiduplex. Fiat etiam festum sanctæ Annæ matris virginis & Ioseph sui spōsi duplex maius. Festum angelorum de mense Maij. *f* In omnibus festiuitatibus sanctorum nostrorum etiam Sanctæ Claræ dicatur Credo, ac etiam infra octauam beati Francisci. Quia Sixtus vult ipsius festum ita so lenne esse, sicut vnius apostoli. In missis etiam votiuis sancti spiritus & beatæ Mariæ dicatur Gloria. Dum quoque celebrantur diuina, nullus in choro impertinentia legat, nisi forsan dum organa prolixius cantarent. Neque eo tempore aliud exercitium faciant. qui monitus non se emendauerit; puniatur ordine prędicto. *g* Præterea ordinatur iuxta Benedicti sanctiones, quòd si quis guardianus reperiatur chorum declinare, aut circa officia & alias ordinationes negligens esse deprehensus fuerit; a ministro cum discretorum cōsilio deponatur. *h* Statuitur demum, vt laici quoque suum officium deuote persoluant, & chorum frequentent sicut alij, nisi alijs conuētus exercitijs occupētur; sub graui pœna eis a prælatis infligēda. *i* Quoniam diuinum officium multimodo strepitu præpeditur, & quia Benedictus post officium agit de silentio; sequendo eius & Sixti sanctiones, ordinat Generalis cum toto capitulo, vt post completorium hora competenti, prout prędidens iusserit, pulsetur campanella refectorij pro silentio aliquantulum prolixius, & vsque ad primam diei sequentis, silētiū obseruetur ab omni

De cōmemorationibus sāctorum nostri ordinis.

De officio vndecim milliū uirginum, & de octauis.

Sancti francisci festum solennizatur. Impertinētia in choro non legantur.

Pena prælati declinantis chorum.

De horis laicorum.

bus; exceptis hospitibus tũc aduenientibus,& eorum seruitoribus,eisque ministrantibus, & si quos alios ge neralia statuta exciperent. Sit autem silentium perpetuum in primo claustro, & ecclesia a principio chori,& in dormitorio,si in illo sint celle quietis,& studia quibus vacuæ mentis opus est. Si vero fuerit dormitorium sine studijs;sileatur eo tempore quo fratres dormiunt, ne unus alterius quietem impediat. Sileatur quoque in refectorio tam in prima quam in secunda mensa, & lectionem audiãt. Et si etiam in refectorio multitudo fratrum reficeretur non minus silentium teneant,vt lectionem attentius audiant,& quæ eis appo nuntur diligentius aduertãt: Quia oportet eos non solum æqualia,sed maiora,quia spiritualia pro temporalibus pręparare. Et si alicubi officinæ loci non essent distinctæ,tunc Guardianus locum aliquem deputet,in quo silendum sit,& aliquem in quo interdum loquendum sit. Similiter tempore quo fratres dormiũt post prandium. s.a Pascha resurrectionis domini vsque ad festum exaltationis sanctæ crucis, singulis diebus illico vt seruitores primæ mensæ pransi fuerint, pulsetur campanella refectorij, & extunc sileant fratres vsque ad pulsationem nonæ,liceat tamen fratribus de necessarijs submisse loqui. Super his prælati diligenter in uigilent,& tempore culparum dicendarum congruentem pœnitentiam iniungant transgressoribus.

De silentio ob seruando.

Vbi silentium obseruandum est, & quo tempore.

De dormitionibus.

Secundus articulus de ieiunio.

LEt ieiunẽt a festo omnium sanctorum usque ad natiuitatem domini. Sanctam vero quadragesimam, quæ incipit ab Epiphania domini vsque ad continuos quadraginta dies (quam dominus suo sancto ieiunio consecrauit) qui volun

tarie

tarie eam ieiunant, benedicti sint a domino, & qui nolunt non sint astricti; sed aliam vsque ad resurrectionem domini ieiunent. Alijs autem temporibus non teneantur fratres nisi feria sexta ieiunare tempore vero manifestæ necessitatis non teneantur fratres ieiunio corporali.

CIrca hunc articulum vbi de ieiunio agitur. Primo ordinatur vt regulæ præcepta de duabus quadragesimis obseruentur. Quarum una omnibus Christianis est communis altera fratribus minoribus peculiaribus. Quæ a festo omnium sanctorum incipit, & in diē Natiuitatis domini terminatur; nisi Natiuitas ipsa in die veneris celebranda occurreret. Regula tamen absolute dicit; vsque ad natiuitatem dñi. Ad hanc vero quadragesimam ieiunādam fratres sint obligati: quo cæteri Christiani ad illam communem obligantur, vt lacticinia in ea comedi nequeant; & excusationes non ieiunantium pari passu hinc & inde admittantur. Intermedia vero; quæ ab Epiphania vsque ad continuos quadraginta dies durat (exceptis dominicis in quibus ieiuniū fieri non consueuit) qui voluerint (vt regula dicit ieiunare) benedicti sint a domino & qui noluerint; non sint aliquo præcepto astricti. Omnes sextas ferias ex regula tenentur fratres ieiunare; nisi S. D. N. declararet; Non intelligi de illa sexta feria, in qua Christi domini natiuitas celebratur, ut in illo die omnes in domino exultarent & lætarentur. Tenentur quoque fratres ad omnia ieiunia, ad quæ cęteri Christiani vniuersaliter ab ecclesia obligantur. Et additur vigilia beati. P. N. Francisci. / Tempore tamen manifestæ necessitatis (vt ait regula) etiam in supradictis temporibus fratres non teneantur ieiunare re ipsa: sed solo desiderio. Hi autem sunt infirmi, debiles,

De ieiunio obseruando.

Qui excipiuntur à ieiunio.

biles, senes, adolescenruli, & alij similes. Nec excusantur iuuenes ante xxi. annum (cum ex voto teneantur) nisi ex hoc eis notabilis immineret grauitudo vel impotentia. Quæ necessitas relinquatur arbitrio boni viri, & prælati discreti. *m* Tempore ieiuniorum guardiani parent prandium sufficiens, & refectionem conuenientem: & tali hora, vt fratres non impediantur à proposito ieiunandi. In hieme quidem hora nona, in æstate hora sexta prandium parent & sumant. *n* Semper autem dum fratres ordinarie refectionem sumunt, lectio habeatur in mensa, vt dum corpus pane suo nutritur, anima etiam pane angelorum alatur. In alijs vero perpetuum sit silentium. Moneat tamē continue præsidens & doceat fratres discumbentes. Ministri ēt eo ordine ac diligentia seruiant, vt strepitu & querelis lectio ac mensæ reuerentia non interrumpatur. & ita coaptentur porrigenda, vt sua cuiq; portio suo distribuatur tempore. Et nullus in huiusmodi admonitionibus audeat reclamare, vel verbis indecentibus in fremere, sed cibo sumpto, si se lacessitum senserit excusset. peculiaris est ille prælatorum locus, aliter pœna genuflexionis pro petenda pœnitentia puniantur statim. Et si in eadem crescant pertinacia, tribus sequentibus prandijs pane & aqua in terra compescantur. Legantur etiam singulis diebus præsentes constitutiones, ut saltem quater in anno compleantur. Regula uero tota penitus in sexta feria discurratur. Et secundum sanctum euangelium de omnibus cibis rationabiliter appositis liceat fratribus manducare. Ita tamen quòd in esu ex aliorum esculētorum superfluitas nimia, & uarietas, & aliquorum singularitas euitetur, & parsimonia seruetur. Neque fratres ubi conuentus fuerit, extra ipsum comedere presumant: nisi forsan cum prælatis, aut principibus, aut uiris religiosis: & rationabili causa suadente. *o* Mulieres quoque in locis nostris comedere nō permittantur, nisi ministris

Sufficiens sit refectio ieiunantium.

Lectio sit in mensa fratrum.

Contra di Guardiani sp capitulant.

Contra garrulantes in refectorio.

rationabiliter appositis.

aut

aut alijs prelatis ex causa rationabili aliud uideretur. In die quoque sabbati carnium sanguine aut adipe pulmentaria non condiantur. Temporibus tamẽ etiã ieiuniorum in regionibus oleo oliuarum carentibus butyro loco olei apostolica benignitate vti poterunt, maxime si hactenus sic consueuerunt. *p* Ordinat insuper, quòd temporibus ieiuniorum pulsato primo completorij signo: omnes fratres ad sonum campanellæ ad refectorium conueniant: & ibi lector mensę dicat: Iube domne &c. Et hebdomadarius dicat Noctem quietam &c. Et lector dicto capitulo nonæ dicat Benedicite. Et hebdomadarius: Potum charitatis benedicat dextera Dei patris. Dicant omnes Amen. Et vnicuiq; cum silẽtio potus cum pauculo cibo iuxta regionum varias consuetudines tribuatur. Deinde dicto a lectore Fratres sobrij estote, vadant ad ecclesiam bini & bini, dicendo Miserere mei, & completorij horam deuotè persoluant, dicente hebdomadario Adiutoriũ nostrum in nomine domini: & quæ sequuntur. *q* Præcipitur quoque fratribus vniuersis: vt ad mensam communem in refectorio (cessante causa legitima) pariter conueniant, primo tamen congregentur signo primo dato fine discursu prope hostium: post secundum signum intrantes, nisi audita lectione iuxta præsidentis nutum non sumant cibum. *r* Quod mandatum ẽt ministri vt plurimum implere teneantur, & ab eo custodes, magistri, & guardiani nullatenus (nisi vrgeret necessitas) excipiantur. De veritate necessitatis soli ministri dum visitant iudicent. Infirmi tamen & debiles, & qui laboribus, itinere, & administrationibus fatigantur, possint alibi in loco condecenti (prout guardianus dispoſuerit secundum Benedicti. xij. instituta comedere) fratres autem si cõi refectioni sine superioris licentia non interfuerint, a vino & pulmentario primum abstineant. Et si cum secularibus in proprijs cellis conuiuauerint, vel eos tenuerint sine ministri licentia

Mulierum in locis & conuentibus conuiuia euitentur.

Butiro tpe ieiunij vbi non est oleum vti possumus.

Ordinatio tẽporũ ieiunij

De mensæ cõmunitate.

Qui eximuntur à cõitate mensæ.

Pœna edentium extra refectorium.

licentia in scriptis, etiam fratres alterius religionis, sententiam excõicationis incurrant, in aliquo casu, possit custos dispensare ad semel, vel bis in anno. Deinde si pertinaces fuerint, pœnis grauioribus iuxta delicti modum puniantur. Guardiani qui hoc non seruarent, sua priuentur tunica & ab officio amoueantur.

Tertius articulus de eundo per mundum.

COnsulo vero moneo & exhortor fratres meos in domino Iesu Christo; vt quando vadũt per mundum non litigent neque contendant verbis, nec alios iudicent. Sed sint mites, pacifici, & modesti mansueti & humiles, & honeste loquentes omnibus sicut decet. Et non debeant equitare, nisi manifesta necessitate cogantur. In quamcũq; domum intrauerint, primum dicãt Pax huic domui. Et secundum sanctum euangelium de omnibus cibis qui apponuntur eis liceat manducare.

De clausura.

CIrca hunc articulum statuit & mandat generalis cum capitulo, Vt diligens secundũ decreta Sixti quarti portinarius habeatur, qui vt obseruẽtur debita clausura, custodiant hostia conuentus diligenter clausa omnibus temporibus, quibus nullatenus inducantur seculares ad interiora conuentus præcipue mulieres, sine licentia præsidentis. Scopetq; aut scopari faciat domum. Qui si fuerit negligens in officio suo, acrius puniatur. Mandat quoque generalis cum capitulo per obedientiam & sub pena carceris,

Vt

Vt nullus fratrum absq; licentia prælati possit exire clausuram conuentus, aut ire per ciuitates, oppida, & vicos. Prælati vero antequã exeundi licentiam tribuant, inuestigent & explorent quo ituri, quæ negotia cum quibusue sint acturi. Et cunc si honestum vi debitur dabunt licentiam, & terminum redeundi determinabunt. Et qui exierint, caueant ne alio eant, aut terminum prefixum prætereant. Et si eos alio ire, aliaq; aut cum alijs tractare contingerit, teneantur in reditu ea presidenti referare. Quod si non fecerint, puniantur ad arbitrium superioris. *t* Nullo autem modo soli, sed bini incedant, nisi manifesta impulerit necessitas. *u* Caueant item prælati, ne cuiquam in diebus festis & tẽpore æstiuo inter prandium & nonam, aut post cenam eundi vel potius vagandi licentiam tribuant. In hoc itaq; præsidens præcipue inuigilet: vt Sixti Cõ. mandant. Et tantum semel, & raro pluries in hebdomada eidem fratri rationabili causa accedente licentiam tribuãt. *x* Fratres vero quando vadunt per ciuitates, oppida, & loca, non litigent, nec inter se nec cum alijs, nec contendant inutiliter & inanibus verbis, caueantq; a risu dissoluto, ne pusillos scandalizent. Sint mites ad omnes cum omnibus pacifici, mansueti, & humiles, honeste loquentes, sicut decet vere Franciſci religionis professores. Et caputio capitibus coopertis, pedibusq; nudis, vel cum soleis aut calepodijs vel alijs totum pedem non tegentibus (vt supra dictum est) per ciuitatem incedant: & in omnibus vniformes. *y* Cũq; domum redierint, defectus notabiles, & infamiam aut ruinam ordini prætendentes secundum Farinerij generalia statuta prælatis denuncient, non quidem vt puniant (quia forsan probari nequeunt) sed vt à futuris diſcriminibus valeant præcauere. Quapropter si quis alterius peccatum duobus modis sciuerit. s. quia illud audiuit in confessione, & alio modo extra

Prælatis nota sint itinera, & negocia fratrum.

Vadant bini.

Tempore festo non discurrant fratres nec ante nonam.

Quæ obseruãda sunt cum vadunt per mundum.

Modus incedendi fratrũ.

Quæ denunciari debent prælato.

De reuelādis secretis, aut peccatis.

confessionem. Tunc si a prælato per obedientiam de noticia talis peccati requirerentur, tenentur illud reuelare: quia non videtur si gillo confessionis præiudicare. *a* Additur: quod si ex tali denunciatione possit de reuelatione confessionis oriri suspicio, ex qua ille reuelans incurrere iuridice valeret infamiam & ecclesiasticam pęnam, non deberet illud vllo pacto propalare: quia negligeret famā propriā, & contra ordinē charitatis ageret, nisi constare posset alia quā per confessionē sciuisse via. *b* Nūquā tamen prælati de secretis, quæ soli diuino subiacēt iudicio, neq; sola via confessionis notis aliquem punire præsumant. Mitterēt enim falcem in messem summi imperatoris Dei, & crimen lęsæ maiestatis committerent. *c* Neq; peccata eis in confessione detecta callide & dolose alia via obliq; detegant seu puniant. *d* Et vt fratrum discursus inutiles penitus compescantur: præcipitur firmiter iuxta priscas constitutiones generales, ac etiam Benedicti duodecimi fratribus vniuersis, Vt de conuentu vno in alium eiusdem custodiæ, sine licē tia guardiani, vel eius vicarij transire nullo modo præsumant. Neq; de custodia vna in aliam sine licentia custodis, vel eius vicarij. Neq; de vna prouincia in aliam prouinciam, sine licentia ministri aut eius vicarij, & semper in scriptis obtenta. Neq; tamen absq; euidenti vtilitate concedatur. *e* Reportentq; in litteris suis testimonium prælatorum: ad quos iuerant subscriptum: vt agnoscatur, eos illuc & nō alio iuisse. Secus, suspecti habeantur. Neq; decætero dentur licentię cum socio grato vel occurrente, sed concesso, nisi talis fuerit grauis persona. *f* Mandat deniq; generalis minister cum omnium patrum capituli cōsensu omnibus guardianis atq; custodibus sub pęna suspensionis ab officio cum institutione vicarij vsq; ad proximum capitulum futurum prouinciale. In quo etiam non possit restitui, nisi graui penitentia

De sigillo cō fessionis.

Non puniat prælatus pec catum scitū sola confessione.

Nulli liceat sine licentia prælatorum de loco ad locum accedere.

In reditu testimoniū præ latorum fratres portent.

eis

eis imposita, quod nullũ fratrem sine licentia ad eos diuertentem excipere præsumant, nisi forsan in itinere amisisset. Cui tamen in hoc non credatur, nisi manifeste pateret, aut vir talis esset, cui merito fides esset adhibenda. Et tunc si de fraude constiterit, acriter puniatur, quod si minister vel alter in officio id seruare contempserit, ipso facto sit ab officio suspensus cum institutione vicarij vel cõmissarij. g Fratres vero sic discurrentes absq; licentia superiorum, etiam per diem naturalem, vltra excomunicationem latę sentẽtiæ carceri mancipentur, & disciplinam acriorem humiliter semper suscipiant, & eis licentia redeundi concedatur. Sed a nullo recipi possint, nisi prius ministris (de quorum prouincia recesserant) se ostendãt: a quibus vt antea puniantur; deinde alicubi prout videbitur collocentur. Et ne ex huiusmodi suspensione fratres sine capite remaneant, custos illius custodiæ in qua minister in hoc deliquerit, teneatur generali ministro intimare, vt de vicario prouincię prouideat. interim ipse vicariatus prouincię gerat officium. Ita faciat vicarius conuentus si guardianus, vel guardianus si custos præuaricatur. Et de hoc maxime visitatores prouinciarum inuigilent & deferant. Et cum sit iste discursus potissima omnium malorum causa, præcipit generale capitulum, Vt generalis minister cõtinue prælatos prouinciarum ad huius cõstitutionis obseruantiam moneat, tum litteris, tum visitatione, & omnino impositam pęnam exequatur. Ministri etiam prouinciales cum visitant, teneantur inquirere in quolibet conuentu & remittere fratres ad suas prouincias, qui post præsens generale capitulum ad illum conuentum sine licentia diuertissent, & ter in anno in scriptis monere custodes & guardianos; Vt tales fratres retinere non audeant. Ad idem teneantur custodes: aliter hæc causa sufficiat pro ministrorum ac custodum depositione per Generalem. h Circa apostatas hic

Nullus adueniens sine licentia admittatur.

Pœna discurrentium sine licentia.

Institutio vicariorũ suspensis superioribus.

De apostatis.

specialiter; iuxta quod etiam antiquorum patrum ex tantę dicta, mandatur vt quilibet custos in omnibus locis, & conuentib⁹ suæ custodiæ (quãdo visitat) omnes apostatas debet nominatim excomunicatos denũciare, & vitandos, donec absoluantur. *i* Apostatas quoq; aliarum prouinciarum ad custodias eorum diuertentes, sicuti si sui essent pari modo decunciare excomunicatos, detinere, carceribus tradere, & alijs penis mulctare teneantur. Præterea ministri & custodes qui punire & persequi apostatas cũ possunt negligũt, sint ab officio suspensi. *k* Et ne prætextu grauium expensarum a tali persecutione se excusent, ordinat Generalis cum toto capitulo, quod ministri de elemosynis fratrũ decedentium in sua prouincia certã portionem per procuratorem recipiant, de qua in capitulo prouinciali rationem reddant: vt contumaces, rebelles, & apostatas capere & punire possint quod si dicta portio non sufficeret: suppleatur ex elemosynis cõmunibus totius prouincię. Similiter elemosynas apostatantiũ, & fratrum nullum conuentum habentiũ (si qui tales decederent) pro expeditione eiusdem rei deputent: de omnibusq; rationem reddant. *l* Mandat quoq; generale capitulũ procuratori in curia p tempore existenti per obedientiam, & sub pœna priuationis officij, & omnium elemosynarum eius vsui in sancto Saluatore de vnda deputatarũ (quæ ipso facto ad communẽ ordinis vsum applicentur) vt nullo modo decætero permittat fratres in romana curia libere & impune vagari, aut alicui beneficio seu personæ, deseruire: nisi talis persona fuerit, cui secundũ antiquas cõstitutiones ordinis habere fratres & tenere cõcedatur: vt sunt magni prelati & principes quãdo ida prælatis ordinis cuperent: & inde vtilitas & honorre ligioni proueniret: & haberẽt eos commensales, & propriæ familiæ: & non in fraudem. Neque aliquem in sãcto Petro aut alijs ecclesijs vrbis cõfessiones audi re pa-

Omnia fiant ad apostatarum persecutionem.

Vnde accipi debent elemosynę pro sumptibus ad apostatas p-sequendos.

Arceantur fratres à curia Romana.

re patiet, sine expssa gñalis ministri in scriptis licentia. Et si procurator ob talem causam suo fuerit officio priuatus, nõ poterit restitui nisi per capitulum generale. Generalis vero illico de alio ꝓcuratore prouideat. *m* Neque contra prędicta propter curialium preces quic quam facere attentet. Secus easdem penas incurrat. quòd si ab aliquo vis inferatur (cui resistere nequeat) tunc eiusmodi fratres tanquam rebelles & contumaces in locis publicis excommunicatos denuncient, atq; expensis ordinis ad protectorem eiusque vices gerentem atque etiam ad pontificem recurrat. Qua in re totum generale capitulum eorũ patrocinium implorat humillime. *n* Fratres vero qui sic inobedientes extiterint, & seculari fauore, aut litteris vel nũtijs magnorum contra procuratorem aut alios prælatos ordinis, directe vel indirecte, animo pertinaci se defensare attẽtauerint, elemosynis, libris, cellis paternitate, & omnibus ordinis officijs sint priuati. Postquam procurator litteris suis ministros eorum, aut custodes vel guardianos certiores reddiderit. Et habeantur ammodo tãquam infames, neque purgari possint neque restitui nisi per capitulum generale. Mandatur quoque sub penis memoratis, ne fratres pro fauoribus a Generali vel procuratore habendis, puta bulecto vel alia gratia cõsequenda, fauores curialium quoquomodo procurẽt, vel eos ducant vel mittant, sed ipsi soli (vt decet) suũ explicẽt vota. *o* Eodem modo prohibetur sub penis cõsimilibus, ne fratres vbicunque fuerint, audeant audire cõfessiones in ecclesijs sacerdotum secularium tẽpore indulgentiarum in eisdem occurrentium, vel in quacunque alia populi frequentia. Neque ministri, aut custodes, aut alij inferiores prælati possint eis licẽtiam concedere: sub pena priuationis officij. Maxime cum tales cognoscũt, quòd cupiditate, & non pietate id petunt. Sed vt de procuratore dictum est, rebelles & contumaces ac excommunicatos denuncient. Excipiun-

Curialiũ preces non sunt contra conscientiã exaudiendæ.

Contra recurrentes ad seculariũ fauores.

Non inuocetur fauor secularium.

Non audiantur confessiones à fratribus tpe indulgentiarum.

Qui possunt audire confessiones in alienis Ecclesijs.

cipiuntur tamen actu in tali ecclesia prædicantes, qui a suis deuotis requisiti, cũ eorũ socijs audire poterũt. Et similiter vbi guardiani ex debito, & pro vtilitate conuentus,& satisfactione benefactorũ tenerentur. *p* Insuper custodi sacri conuentus Asciſij mandatur:nullum aduenientem tempore indulgentię audire confessiones permittat,nisi quia suo ministro licentiã in scriptis detulerit. Ministri uero nemini accedẽdi licentiã concedant,nisi fuerit pater gradatus, vel nisi fuerit in studio generali per triẽniũ,& in eo sit perseueraturus: aut nisi sit pater antiquus, probatus & boni nominis, aut demum nisi fuerit prædicator populis gratus & acceptus. Et cui vno anno conceditur, in alio non tradatur ne fratrum multitudine nascatur confusio. In ea tamen concessione inhibeatur fratribus iuxta generales Con. ne antea quam septimo die ante Kalendas Augusti prouinciam sancti Francisci intrare audeant : ipsamque infra quinque dies completa indulgentia egredi teneantur. Caueant autem ipsi cõfessores:ne pecuniam a penitentibus extorqueant,qđ si feciſſe reperiantur,pęna furti damnentur. *q* Inhibetur insuper ministris iuxta generalia statuta; Vt nulli licentia ad curiam Romanam tribuatur, etiam causa deuotionis accedendi:nisi in capitulo de consensu diffinitorum,& nisi fuerit vir probus,ac moribus grauis, & nisi vrgeat magna necessitas prouinciæ,conuentus,vel monasterij. Et si fieri potest,nullus Romam accedere permittatur,nisi cui fuerit in scriptis a generali ministro licentia concessa specialis. Nam discursus ad curiam debet esse multi ponderis,quia propter honesti hospitij penuriam multa sunt dispendia & scandala: & raro sine ordinis nota inde fratres redeunt. Guardiani igitur & custodes,si alicui eiusmodi licentiam concesserint) priuentur illius anni vestimento, & in sequenti sint inhabiles ad officia. Neque excusatio admittatur: quia minister in remotiori tunc parte pro-

De accedentibus Asciſiũ.

Quibus debet licentia eũdi Asciſium cõcedi.

Tollantur discursus ad vrbem.

Quis potest ire ad vrbẽ, & pro qua causa.

prouinciæ morã traheret. r Præterea nulli deinceps liceat (ut generalia statuta mandant) ad generalis ministri præsentiam accedere sine sui prouincialis ministri licentia in scriptis obtenta: explicata semper talis accessus causa: nisi multum rationabilis causa vrgeret. Qui autem contrarium fecerit, a Generali ministro ad prouinciam confusibiliter remittatur. Et si propter aliquod litigium vel scandalum, sibi vel alteri illatam iniuriam ad Generalem confugerit, vel ad ministrum, non audiatur: nisi seriẽ rei in scriptis testimonio fratrum conuentus ostenderit. s Insuper fratres transeũtes per terras vbi sunt loca ordinis nostri, ad illa accedant: in ipsisque hospitentur. vel saltem mittant ad se excusandum, si ad ea accedere nõ possunt. Secus graiter puniantur. t Similiter fratres ad aliquem locũ accedentes infra diem teneãtur licentiam suam Guardiano ostendere. Et Guardianus (si ipse ad ostendendum tardior esset) exigere teneatur, & sub pœna suspensionis ab officio illam in prandio vel cena publice legi facere: vt quædam generalis constitutio determinat. u Item in generalibus statutis mandatur, ne quis peragrando pecuniam cuiuscunque secum portet: neq; bursarium secum ducat tanquam suum. Si tamen via longa esset, & pro ordinis vtilitate non posset aliter prouideri, tunc per aliquem honestum nuncium ab illo q̃ habuerit auctoritatem committatur certa elemosyna pro talibus. x Fratres dum per loca vbi sunt domus fratrum transeunt, nihil quærant (nisi quantum pro præsenti sibi necessitate sufficit) & hoc de licentia alicuius prælati, vel eius vicarij, si commode fieri poterit, & nullo modo ad vendendum vel portandum cum damno prædictæ domus. Et si contrarium fecerint, auferantur eis bona inuenta: & conuentui damnificato applicentur. Quando tamen pro suis imminentibus necessitatibus petere cõtingeret sine licentia quę tunc commode haberi non posset, dicant postmodum præ-

Generali nullus se debe præsentare sine licentia Ministri.

Fratres itinerantes in conuentibus hospitentur.

De licentie literis ostendẽdis prælatis.

Loculos non habeant.

Non quæstuent in aliorum conuentuum iacturam.

prælato secus puniantur. Item itinerantes ad aliquã terram caueãt ne secum ferant res aliquas aut socios, ex quibus possit oriri scandalum, uel discrimen, vel discordia inter principes. Secus facientes pena carceris puniantur. y Eodem statuto prohibetur ne quis frater cuiuscunque gradus aut conditionis extiterit, siue fuerit permanens in aliquo loco, siue transmigrans de loco ad locum: de factis, tractatibus, factionibus, & ceteris eiusmodi cuiuscunque reipublicæ ecclesiasticę vel temporalis: quo ad ciuilia vel criminalia, sponte vel requisitus se immiscere audeat: aut de huiusmodi rebus disputare, & in alterutram partem declinare, quasi ipsi magis vni quam alteri afficerẽtur: cum vtri usque partis eremosynis viuãt, & pro omnibus preces fundere debeant. Qui autem contrarium fecerit: & de hoc conuictus fuerit, sit ad qualscunque ordinis dignitates inhabilis. Et si in aliquo officio actu fuerit, de facto priuatus intelligatur. Et si in aliquo officio actu fuerit, de facto priuatus intelligatur. Et si hac pęna non se emendauerit, excommunicationis sententiam tanquam pertinax de facto incurrat: à qua non possit absolui, nisi per generalem ministrum. a Et hãc pęnam illos incurrere declaratur, qui in conspectu secularium alterius partis, aut cum ipsa parte discepta rent: & secularibus ea intimarent. Si autem ipsi fratres inter se de huiusmodi disceptarent, sine scandalo secularium: si semel aut rarissime id acciderei, admoneantur, & aliqua leui & exigua pęna puniantur quòd si etiam inter se de factionibus secularium cõsueti disceptare fuerint, & se nomine alterius partis vocare: & rixas assiduas propter id exercere, si moniti tertia uice se non correxerint: eandem incurrant penam, ac si cum secularibus disceptassent. b Et eidem pęnæ subiaceant: quicunque officio exploratorum, custodiarũ tabellariorum caballariorum, & eiusmodi se temere infamiam & periculum proprium atque ordinis sui in

Fratres non se immiscẽat de rebus principum.

Non disceptent fratres de statibus, aut dominijs.

Damnantur exploratores in ordine.

gres-

gesserint. Et multo magis talem & grauiorem penã incurrant pro eiusmodi factionibus & simultatibus, qui arma ceperint, & aliqua signa alienæ defensionis fecerint: nisi pro fidei, religionis, atq; patriæ salute: eo tamen modo quo religiosos decet, & quando, & vbi oportet. *c* Hãc pena & maiori ministri teneantur eos fratres punire, qui vt ipsi soli regnẽt in conuẽtib⁹, detegunt scelera suorum fratrum, maxime Superiorum: & eos reddunt suspectos ciuibus aut principibus. & accusant alicuius factionis aut proditionis, vt cum eis nullus nisi quem velint, permanere possit. Hos vltra penas superi⁹ dictas exilio ꝑpetuo puniãt, & tales tanquã lues & ordinis ruinæ exterminentur. Et si tãdem sæpius moniti & correpti non se emẽdauerint, ab ordine sine habitu eijciantur: si cõmode carceri perpetuo mancipari non possint. *d* Statutum est insup iuxta generales sanctiones: ꝙ ordinis procurator in Romana curia habeat librum excessuum, in quo fratrum Romanam curiam sequentium registrentur facinora, & mala eorum vita. *e* Ministri Prouinciales quando aliquem delinquẽtem ad prouinciã aliquam, vel ad curiam Romanã, seu ad procuratorem ordinis mittunt, culpas, & conditiones graues illius ꝑ clausas litteras denuncient. Ipsi deinde ministri eadẽ intiment guardianis, apud quos collocarẽt fratres eiusmodi: vt cauere possint a futuris scandalis. *f* Multoq; magis ministri & alij prælati ordinis significent ꝑcuratori ac generali delicta fratrũ fugitiuorũ impunita, qui frequentius fugiunt ad curiã Romanã. Procurator vero debet eiusmodi crimina in libro excessuũ notare. Si quoq; minister aliquẽ ex illis in prouincia, carcere, vel priuatione actuũ legitimorum puniuerit, debet illa propter quæ fuit punitus, transmittere procuratori: qui ea in libro iam dicto scribat. *g* Mãdat etenim districte ꝑcuratori ordinis per obedientiã, vt nullum in curia acceptet: nisi causam prius ob quam

De reuelantibus secreta fratrum.

Pena diffamantium fratres.

De libro excessuum.

Litteris conditiones fratrum declarẽtur.

Peccata impunitam nota Generali.

Venientes ad curiam exponant causã Procuratori.

venerit, intelligat. Et si eum aliud pertractare inuenerit, pena carceris punitum de vrbe eijciat. Ministri quoq; in licentijs exponant causam, propter quã ad vrbem veniendi licentiã concesserunt. Et nõ possint, (vt dictum est) concedere nisi in negocijs ordinis, sine consensu ꝓuincialis capituli. Aliter procurator eiusmodi licentiam non admittat. *h* Præcipitur etiã secũdũ cõstitutiones æditas Neapoli, ꝓcuratori & alijs prælatis sub pena generali capitulo reseruata, ne permittant ire ad curiã, aut in ea morari, qui vellẽt quærere absolutionem alicuius cẽsurę, vel irregularitatis, vel alterius impedimenti, in quę ob sua facinora incurrissent, nisi prius puniti fuissent de talibus. Et maxime aduertant ad eos qui propter homicidiũ, vel mutilationem, seu aliud enorme essent irregulares, qui nullo modo permittantur cum tanta ordinis infamia dispensationem petere: nisi prius per generale capitulũ fuerint absoluti, & licentiati ad talẽ dispẽsationem petendam. Nam sic curia non indigeret testibus cum contra ordinem vult procedere. Cum vt plurimũ mendacijs, & subreptitie supplicent, & non possit post modũ ab ordine aduersari, fauoribꝰ laicalibꝰ innixis. Et si qui sine licentia capituli generalis in conuentibꝰ dispensatos taliter acceptauerint, ipso facto sint officijs priuati: & actibus legitimis, nec possint nisi ꝑ generale capitulũ restitui. *i* Determinat insuper secũdum statuta generalia minister generalis cum toto capitulo (sicut etiam in octauo capitulo dicetur) vt generalis minister prẽter registrum ordinis consuetum vnum librum singularẽ habeat, in quo per suũ scriptorem fratres omnes criminosi & infames per totam religionem quauis via ad suũ officiũ delati annotentur. *k* Item in eodem libro quæstiones omnes ac querelæ, & accusationes, & denunciationes ad officium generalatus producẽdæ, & præsertim graues, sub compẽdio clare tamen scribantur, notatis die, mense, & anno,

Non quærant fratres in curia absolutionem magni sceleris.

Infames notẽtur in quodã libro particulari.

Querelæ scribantur in li-

vt de

vt de quocunq; non punito iustitia fieri possit, secũ dũ q ipsæ constitutiones mandant. Puniti quoq; & infames (nisi de subleuatione ipsorũ rõnabiliter facta cõstiterit) nullo modo in ordine nostro ad gradus honorũ promoueantur. Nec constitisse intelligimus, nisi authenticę prælatorũ litterę publice, & coram fratribus audientibus ostendantur. Idem dicitur de eo qui excommunicatus, citatus, vel alias innodatus sciebatur.

bro particulari.

l Præterea ad tollendũ discursum, mandatur fratrib⁹ vniuersis, Vt nullo modo deinceps peregrinationem aliquam pro alieno voto satisfaciendo facere præsumant: maxime si id facerent lucrandi gratia, & non charitatis, nisi ad peregrinandum superioris mãdato compellerentur. Ad peregrinationes longinquas solus Generalis licentiet. Nec vnquã Ministri Prouinciales possint licentiare fratres absolute, nisi ad certã Prouinciã: & semper cũ conditione, q ministro illius prouinciæ primũ se præsentent. Et si guardiani vel custodes aliter tales susceperint. s. sine litteris ministri ad quem vadunt, supradictam penam incurrant, & in hoc diligenter Generalis inuigilet. *m* Deniq; ordinatur & statuitur, q nullus ministrorum cismontanorum fratres de obseruantia, seu de familia nuncupatos, ad suam obedientiam venire volentes, sine licentia eorum prelatorũ recipere audeant: donec ipsi fratres de familia bullam Eugenij quarti, Pij secundi, Sixti quarti, & Alexandri sexti de non infestandis locis, Conuentibus, Monasterijs obseruauerint. Et si ministri aperte nouerint, dictos fratres de familia cũ principibus, aut communitatibus, vel quibuscũq; prelatis, de sublatione conuentuum, vel locorum, seu monialium Monasteriorum tractare, aut si aliquem locũ vel conuentum non citato Ministro, aut non seruatis terminis, vt iura & priuilegia concessa postulãt, subripuerint, eoipso conceditur ministris iuxta iam dicta apostolica indulta posse omnes fratres de familia

Non peregrinationen faciant pro aliquo fratres.

Ministri cismontani non recipiant fratres de familia sine licentia suorum prælatorum.

ad se venientes, sine licentia obtenta (dummodo petita) recipere. Et si propter hoc censuram incurri ad ducerent, per aliquem prælatum defensorem ad Papã habeant recursum. *n* Sic tamen q̃ eiusmodi vita fratrum aduenientium in aliquo conuẽtu per annum p̃betur. Quo expleto, si boni & idonei fuerint recipiãtur: & suæ receptionis litteras testimoniales habeant. Interea vero nõ promoueantur ad sacros ordines: nec ad officia. *o* Et nõ possint recipi nisi a Ministro illius prouinciæ vnde fuerint natiui. Et si ab alio ministro reciperentur, sint iam illius prouinciæ in qua sunt recepti: nullumq; ius in prouincia natiua habeant. Nec ita leuiter & inconsulte admittantur, cum vt plurimũ molesti alijs & seditiosi soleant esse, & laxius quã cæteri viuant: quasi ad sentinam cucurrisse videantur vitiorum. Quamuis multi probi, & graues, ac multi exempli inueniantur. Cum igitur tales exiuerint, & ad conuentus venerint, non erit opus vitæ probatione. *p* Proinde vult, & mandat generale capitulum, Vt fratres conuentuales reuerenter & gratiose suscipiant fratres de familia, qui fuerint de strictiori obseruantia, & ad ædificationem ac bonum exẽplum populorum laborauerint. Nec vllo pacto sub pena priuationis actuum legitimorum, aut disciplinæ (cui hęc dicta pena non competit) illis re vel verbo fiat iniuria *q* Sit conuentualibus cum illis sancta & fidelis conuersatio, mutua charitas, pax & concordia. Et subueniat illis vbi opus fuerit, sicut veros fratres decet. Neq; ipsi de familia secus in conuentuales facient. Et si quando eis detraxisse inueniant, bono & honesto modo moneantur, ita vt religio nõ appareat diuisa varijs factis: sed quibusdam pijs gradibus, & diuina æmulatione sano ornata consilio: vt eiusmodi varietas potius ad decorẽ quã ad deformitatem pertinere dignoscatur. *r* Ministri vero vltramontani vtantur concessione Sixti quarti de recipiendis fratribus, & eorum

De familia probetur frater per annũ: nec isto tempore promoueatur ad ordines.

A quo recipi possunt fratres de familia: & passim non recipiantur.

Recipiantur gratiose fratres de familia.

Cõuentuales & de familia ament se mutuo.

De recipiendis fratribus

locis

locis ac conuentibus per S. D. N. Alexandrum sextum confirmata. Vnde secundum statutũ Sixti & aliorum excommunicari faciant eos omnes, qui cõmouẽt reges & populos (si legitime deprehẽderentur) & sub nomine reformationis per fas aut nefas intrare potiores conuentus machinarentur, & armata manu alios eijcerent: ita vt manifeste potius auaritia quã charitate moueri viderentur: cum eo iudice moneri prius debeant reformandi quã eijci. *De familia apud vltramontanos.*

/ Demum quo ad equitaturam ordinatur, Vt constitutio Benedicti duodecimi obseruetur, quæ sic ait. Tenore præsentium ordinamus: ꝙ si quis frater priusquã de aliquo loco profecturus exeat, de dictis in regula, hoc est infirmitate aut necessitate, minister vel custos, & in eorũ absentia, Guardianus vel eius vicarius de consilio discretorum debeat arbitrari. Si vero alicui fratri extra loca ordinis existenti, vt in itinere, vel alibi infirmitas vel necessitas huiusmodi euenerit, ita quòd præsentia alicuius dictorum haberi non possit: tunc frater qui sic equitauerit, cum venerit ad præsentiam alicuius prædictorum prælatorum, debet statim necessitatem intimare, quam si approbauerint, a pena sit immunis. Alioquin tam is quam ille cuius causam iudicauissent non esse iustam, pro qualibet die qua transgressus fuerit, vna die in pane & aqua debet ieiunare. Quam pœnitentiã infra quindecim dies post transgressionem debeat inchoare, ad quam peragendam per suos superiores cogatur, quòd si ministri in hoc fuerint culpabiles, per visitatores acrius puniantur. Et frater qui semel correctus inuentus fuerit equitasse, pro illo anno careat voce actiua & passiua. Et si in aliqua prouincia hoc vitiũ equitãdi commune fuerit, referatur per visitatores capitulo generali, qđ prouidebit de remedio oportuno. Hæc Benedictus. Adde quòd in Romana curia stetur iudicio procuratoris ordinis de dicta necessitate, t Item quòd prout dicit sanctus Bonauẽtura, non debẽt fratres *De equitatione.* *Pœnitentia equitãtium.*

Non transeant in curru fratres. fratres transire in curru duarũ aut quattuor rotatũ. *u* Ordinatur insuper, vt nulli iuuenes de quibus potius ꝓsumitur quòd sint fortes robore, vllo pacto equos tenere aut equitare præsumant, nisi debilitate nimia, vel infirmitate, aut causa longioris itineris, necessarij tamen, vel alicuius causæ celeriter expediendæ compellerentur. Ministri quoque, custodes, magistri in theologia, atque prædicatores egregij, & prouinciarum cõmissarij ac visitatores, quorum vita & salus ordini valde necessaria est, si equitauerint, non sunt regulæ transgressores, ne infirmitatem incurrant. Cum intentio beati Francisci potius pompam fuerit quam equitãdi oportunitatem excludere. *x* Iccirco in frenis, sellis, faleris, & pileis, & alijs ornamentis reluceat humilitas & sancta paupertas. *y* Prout etiam generalia statuta mandant, totum generale capitulũ præcipit, ut fratres cum licentia ad loca nostra declinantes excipiantur hilari & læto animo, & benigne vt decet tractentur. Qui fratres nouerint se subditos illis prælatis esse, in quorum conuentibus, custodijs, ac prouincijs actu reperiuntur. *a* Fratres etiam prædicatores, quos super alios amare & honorare tanquam ccouos & patrui nostri filios, Alios item quoscunque, & cuiuscunque ordinis fuerint, cum ad nos & ad loca nostra diuertere contigerit, benigne & charitatiue vti nostri suscipiantur. *b* Præcipua quoq; hospitalitatis gratia in fratres beati Amadei & Clarinos est protendenda. Ipsique eandem gratiam reddant conuentualibus. Hoc idem dictum est de fratribus de familia. Extendatur autem hoc decretum ad omnes vniuersaliter qui reformate viuunt, & cum paupertate incedunt. Et præcipitur prælatis omnibus interioribus, sub pena priuationis officij, & alijs sub pena exilij, vt nullo modo tales reformatos & in stricta paupertate viuentes a conuentibus & locis repellantur, etiam si oporteret propter hanc charitatem debitum contrahere. Quod qui dictum debi-

Iuuenes non equitent.

Qui possunt equitare.

Nõ sint equi falerati.

Declinent itinerantes ad loca ordinis.

Fratres prædicatores benigne recipiãtur.

Amadei, & clarini humaniter hospitẽtur.

Omnia fiant pro recipiendis fratribus.

tum

tum, si locus ille soluere, aut loci procurator non esset vel non posset, minister teneatur de communibus elemosynis prouinciæ satisfacere. Et super his minister & visitatores specialiter inquirant, & inobediētes vt dictum est acrius puniant. Alij etiam aliorum ordinū religiosi hilari vultu suscipiantur. Prælati quoque ec clesiastici quando fieri potest, omni reuerentia videantur. Et in omni conuentu sint aliquæ propriæ camerę cum omni accommodata suppellectile vbi tales hospites vultu suscipiantur hilari, lauentur pedes, & si opus est triduo quiescant.

De pecunijs non recipiendis. Cap. IIII.

PRæcipio firmiter fratribus vniuersis, vt nullo modo denarios vel pecuniam recipiant, per se vel per interpositā personam. Tamen pro necessitatibus infirmorum, & alijs fratribus induendis, per amicos spirituales ministri tantum & custodes sollicitam curam gerāt secundum loca & tempora, & frigidas regiones, sicut necessitati viderint expedire, eo semper saluo, vt sicut dictum est, denarios vel pecuniam non recipiant.

De tactu pecuniarum.

c CIrca hoc quartum capitulum, in quo videtur primum vsus pecunię fratribus omnibus omnique modo interdictus, & hoc tam per se quam per interpositam personam, statim tamen in duobus casibus videtur concessus: sequitur Ministri & custodes sollicitam curam gerant. d Iccirco aduertendum est secū dum quatuor magistros, videlicet Alexandrū de Ales, Gaufredum, Ioannem de rupella, & Richardum de media

dia villa quòd recipere pecuniã per se, est ipsam auctoritate propria dispensare, & in suos vsus conuertere. Recipere autem pecuniam per interpositam personam est eam in vsus alterius auctoritate propria cõuertere & dispensare. *e* Si ergo iuxta puritatem regulæ ambulare velimus, pecuniæ vsus in regula in duobus casibus permittitur, vt pro fratrum infirmorum necessitatibus condecentibus & conuenientibus, & pro fratribus honeste induendis. Et intellige non solũ in illis duobus sed in consimilibus, quorum quædam sunt in regula, vt ẽ illud; Et possint habere breuiaria. Similiter quòd possunt equitare si necessitate cogantur. Et quòd fratres laborent fideliter & deuote. Et quòd sint examinata & casta eorum eloquia. Quia ergo neque officiũ dici, neque prædicatio exerceri sine libris competentibus possunt, neque labores manuum sine instrumentis debitis exerceri valent, neque equitare sine equis. Et ita dicito de alijs. Si hæc sine nummis haberi nequeunt, nummis pro eorum adeptione vti prout conuenit, non erit contra regulæ puritatem. *f* Quia ergo Martinus quintus, & quartus, & alij post ipsos, procuratores fratribus nominandos, hoc ministris, & custodibus concesserunt, qui omnium bonorum fratribus vndecunque obuenientibus, auctoritate apostolica iconomi, & actores essent. Iccirco si fratres nihil emerint, aut vendiderint, aut alio modo expẽderint, quam per procuratorem & si pecunias etiam ad procuratorẽ nõ deposuerint, nisi pro necessitatibus imminentibus, & quæ verisimiliter imminere possent, dicentur fratres nullo modo pecuniam recepisse, neque per se, neque per interpositam personam. *g* Procurator non est dicendus secundum summorum pontificum declarationes persona interposita, quando fuerit a ministro vel custode institutus, vel potius ab eis nominatus, & auctoritate pontificis institutus. Nam Martinus ita ait: Statuimus & ordinamus quòd iuxta declarationem

Quid est recipere pecuniã per se, & per interpositam personam.

In duobus casibus licet vti pecunia.

Vti in casu pecunia non est contra regulæ puritatẽ

Martinus quartus primus concessit procuratores

Procurator non est persona interposita.

Nico-

Nicolai tertij, Clementis quinti, & Martini quarti, quilibet conuentus seu locus habeat suum procuratorem, iconomum, sindicum, & actorem, cui omnis elemosyna pecuniaria, & alia quę ad pecuniam reduci possunt, integraliter assignentur. Qui easdem dispẽsare habeant legaliter & fideliter pro reparatione cõuentuum & locorum, ad alias q; necessitates fratrum pro tempore occurrentes, & quòd fratres nullo modo denarios vel pecuniã recipiant. Si quis autẽ cõtrariũ attentauerit, ipso facto omni actu legitimo sit priuatus. Et cui hęc pena nõ cõpetit, pena carceris puniatur. In omnibus aũt alijs quæ vltra hoc magis videtur artare fratres, siue ex declaratione Clementis, siue quorũcũq; pontificum, vel aliorum quorumcũq; notabili auctoritate cõmissa misericorditer dispẽsamus. Non astringentes propterea qui voluerint prædictas declarationes seruare, quin suo voto satisfacientes seruare valeant & tenere. Hęc Martinus *h* Quamobrem Generalis cum toto capitulo vniuersis & singulis fratribus mandat, Vt omnes pecunias elemosynarias, tam cõmuni quã particulari vsui deputatas, apud procuratores dicta Apostolica auctoritate cõstitutos teneant: & quousq; in vsus licitos conuertantur conseruent. Vel potius in capsa sacrarij ad hoc deputata, cuius claues procuratores teneant: propter euitãda litigia atq; furta, quæ accidere solent quando ipsi procuratores tenent ipsi pecunias apud se: vt latius in sexto patebit capitulo. *i* Caueant tamen varios procuratores ac procuratrices deligere, nisi qualitas fratrum, aut exigentia temporum postularet. Et de his ministri vt iudicent reliquitur, qui soli procuratores instituant. *k* Mandat quoq;, Vt singuli suas elemosynas suo manifestent Guardiano, prout Generalibus censetur sanctionibus, infra spacium octo Dierũ post quã præsentiam guardiani habuerint. Et guardian⁹ eodem modo custodi, & custos Ministro. *l* Et qui cõtrarium

Vbi sunt reponendę elemosynę pecuniarię.

Non sint varij procuratores.

Vnusquisq; suo prælato suas elemosynas manifestet.

Pena non assignantium elemosynas.

trarium fecerit aut supra se pecuniam detulerit, aut publice attrectauerit, pena proprietarij puniatur. Et qui pluries in eiusmodi deprehensus fuerit, pena carceris, & priuationis recursus ad dictas pecunias suo vsui deputatas. Quæ fabricę vel alijs fratrum necessitatibus applicentur. *m* Adijciendo id quod in capitulo Interamnę celebrato fuit statutum, Videlicet vt ministri ac visitatores in prima visitatione de præmissis inquirant notando inscriptis, nomine & vice Romanę Ecclesiæ, quid & quantum elemosynarum apud procuratorem reperiatur. In secunda vero visitatione diligenter, in quibus fuissent expensæ perquirant, & si aliquæ aliæ additæ essent. Neq; permittant fieri nisi honestas & necessarias expensas. Si quid vero notabile distraxisse, & donasse etiam elemosynæ in tuitu sine procuratore, & expressa in scriptis ministri licentia inuenerint aliquos, furti damnent, & puniant acriter. Et si fuerint in his negligentes, eorum defectus capitulo generali proxime futuro visitatores denuncient, qui ibidem tanquam inutiles ad reformā dum deponant. *n* Et ne ministri, aut custodes, aut Guardiani diabolica auiditate (quod absit) ducti, possint esse causa ruinæ subditorum, mandatur eis in virtute sacræ obedientiæ, & sub pena suspensionis cum institutione vicarij vsq; ad proximum capitulum prouinciale: in quo etiam illa vice ad officia restitui non possint. vt pro nullo crimine quantumuis graui subditos suos puniant ablatione elemosynarum vsui eorum deputatarum, ne paruuli & imperfecti tali timore titillati, in damnationem animæ suæ pecunias seu elemosynas occultent, & loculos faciant. Debeant tamē reformatores vbi inuenerint aliquos nullius industriæ ac Doctrinæ opulentos, & præter qualitates suas pecuniosos, vbi maxime nullum est verisimile argumentum, quòd iuste ad has venerint facultates: sed potius rapinis conuentuum, vel alijs vetitis vijs, ex

Ministri non tent vniuscuiusq; elemosynas.

Sint frugales in expensis.

Pro quocunque crimine non sunt in elemosynā puniendi fratres.

poliare

poliare eos, & communi vsui fratrum applicare : non obstantibus illorum renitentia, & nullius fidei rationibus. Qui si se Laicali fauore defensauerint, vel aliis minis, coerceant brachio seculari, & si opus est, ad principum fauorem confugiant, de propria prouincia cõfusos eijciant, carcere primo maceratos. *o* Et quia tactus aut contractio simplex pecuniarum nullum crimen, nullamq; turpitudinem præseferre videtur, auctoritate Apostolica declaratur, crimen in tali contractione aut tactu non esse, sed in animo fratris pecuniam occultantis, & dominium sibi vsurpantis. Ponitur tamen in constitutionibus priscis, & aliis regulæ declarationibus ea contractio inter alia prohibita, propter id quia viris perfectis nõ solum quod malum dignoscitur est euitandum, sed omne quod habet speciem mali. Et eos non solum oportet crimine, sed etiam suspicione criminis carere : ne ex eiusmodi attractationibus simplicibus scandalum præbeatur. *p* Si tamen aliquando fratres ipsos pecunias attrectare contingeret, id fiat modeste, animo sincero, intentione bona, & causa rationabili impellente. *q* Non itaq, vult capitulum generale pro talibus fratres ad peccatum mortale obligari ; nec ad vllam penam, nisi inquantum præsidentium artaret obedientia, non obstantibus quibuscunq; declarationibus, aut constitutionibus, alijsq; varijs opinionibus. Nam dicit sanctus Bonauentura, quòd sine consensu non acquiritur possessio : ergo quãdiu manet fratribus voluntas nõ acquirendi, etiam si in eorum manibus pro eorum necessitatibus pecunia inferatur, Non tamen eam recipiunt, secundum quòd receptio in eorum regula inhibetur. Hoc pro tanto dixerim, quòd non est eis inhibitum, quin recipi possint in custodiam pecuniæ alienę, sed ne consentiant in acquirendo sibi ius propriũ vel commune pecuniæ. *r* Teneantur autem ministri & custodes per obedientiam diligenter perquirere, si

In simplicitactu pecuniarum non est peccatum.

Quod tractãdæ sunt quãdoq; pecuniæ. Simplex pecuniæ contractio non obligat ad mortale.

fratres apud se aut apud alios teneant pecunias sine scitu eorum. Et quos tales repererint, tanquã proprietarios puniant, & eas pecunias fratrum necessitatibus applicent. *s* Mandat insuper vniuersum capitulum generale sub pena excommunicationis ipso facto incurrendæ, ac etiam sub pena carceris, prout & mandatur à Gregorio nono, & Iohanne vigesimo secundo ac etiam per constitutiones generales, quòd nullus audeat asserere publice uel occulte, quod frater non possit rem sibi necessariam emere, vel solutionem facere de elemosyna pecuniaria per nunciũ illius qui emit vel illius a quo est data fratribus. *t* Similiter eandẽ penã incurrant dicentes, quòd frater non possit recurrere pro necessitatibus ad specialem amicũ & procuratorem, apud quem deposita fuerit pecunia ab illo qui eam dedit, vel nuncio illius, ex eo quòd fieret suæ regulę transgressor. *u* Eidem penę iterum subiaceat quicunq; asserere præsumpserit, quòd vini & grani cõgregatio regulę puritatem offendat, & hoc quãdo ministri & custodes cognoscerent fratres sola mendicitate sustentari non posse. Talia ergo qui asserunt, si per testes conuincantur asseruisse: non liberẽtur a carceribus, nisi cum protestatione desistendi a tali erronea opinione. *x* Mandat quoq; dictum capitulum sub pena priuationis omnium actuum legitimorum, quòd nullus frater pro se aut pro alio contrahat debita, aut alicui seculari mutuo præstet pecunias, etiã per procuratores, aut libros seu alias res vsui suo deputatas in pignus tradat, aut vendat, seu in alium vsum transferat absque sui superioris licentia. *y* Et longe grauiorem penam incurrant qui res communi vsui deputatas venderent, aut in pignus darent. Guardiani insuper locorum, & conuentuum id nullatenus facere præsumant, nisi manifesta necessitate, vel euidẽti vtilitate cogerentur: & tũc cũ consensu maioris partis discretorum. *a* Pręterea secundum quasdam generales

Non teant pecunias sine scitu prælatorum fratres.

Pena asserentis fratrem non posse soluere cui debẽt vel emere necessaria de elemosinis per nunciũ.

Hereſim sapit dicens fratrem non posse ad spiritualem amicum recurrerem.

Dicere congregationem vini & grani malum esse male sentiunt.

De non contrahendis debitis: & pecunia non mutuanda: & de repignori non dãda.

Non vendãtur res vsui communi deputatæ.

nerales constitutiones mandatur ne quis fratrum audeat vllam elemosynam sibi a quouis commissam dispensare sine licentia ministri, aut custodis, vel guardiani, sub pena expulsionis de loco vbi maneret, vel alia æquipolleti. *b* Similiter quia interdum alicuius iudicio seu arbitrio solet dimitti aliqua summa bonorum incertorum male ablatorum, mandatur vt nullus talis audeat sub pena supra nominata illã sibi ac suis vsibus applicare. Valeat tamen minister aut custos (si eis expedire videbitur) in toto seu in aliqua parte dicti fratris oportunitatibus prouidere. *c* Caueant itẽ guardiani & patres discreti, ne conuentum aut locum in debitis onerosis aggrauent, aut in eiusmodi debita inducant sine licentia ministri. Et de eiusmodi debitis in omni capitulo Prouinciali diligenter inquiratur. Enimuero pro libris scribendis, edificijs erigendis, aut locis ampliandis contrahere grauia debita firmiter prohibetur, nisi rationabilis causa subsit. *d* Nullum etiam notabile ædificium prout generalibus statutis cauetur, de cetero construatur. *e* Similiter neque arbores vllę incidantur sine licentia ministri & capituli conuentus. *f* Sed potius quilibet teneatur ex officio aliquas arbores plantare & conseruare animi relaxandi gratia, & ad fratrum exercitium hortos varijs oleribus ornare. Qui autem arbores suo arbitratu incidere, aut ędificia notabilia erigere ausus fuerit priuetur officio, vel de loco expellatur, si in officio non fuerit. De quo excessu custos teneatur ministrum reddere certiorem. *g* Qui autem fabricæ prę fuerint, non possint cum architectoribus de precio cõuenire, sine aliquorum patrum testimonio. Idem dicitur in emendis & vendendis. Reddant etiam rationem, quantum, & quando, & vbi, & a quo, & quanto emerint precio, non summatim & in confuso, verũ distincte per partes. In huiusmodi structuris datur maxima depilandi occasio. quod si nõ fecerint, omni p de

Non est elemosyna data ab amicis dispensanda sine licentia prelati.

Incerta non applicentur vsui particulari sine prelatorum licẽtia.

Non contrahantur debita.

Non fiant ædificia sine licentia prælati: nec arbores incidantur.

Hortorum vtilitas & ornatus.

De pactis non fiendis.

cenium

cēniū careant officio, etiam si nulla notarēt fraude. *h*

De pactis non fiendis.

Similiter nullus possit facere pacta, aut alias conuentiones, depositiones, fideiussiones, testimonia, aut quoscunque contractus quibuscunque personis, laicis vel ecclesiasticis, absque speciali licentia ministri vel custodis. Quod si factum fuerit, iuxta indultum. D. Innocentij declaretur illud irritum & inane. *i* Mandatur insuper sanctione antiqua, quòd fratres nunquam literas conficiant sua manu, aut instrumenta pernotarios, quibus se pecunias, a quopiā recepisse, aut alicui eas debere protestentur, ne veluti proprietarij eiusmodi protestatione putentur. Sed id faciant procuratoris nomine adiecto, vel suo, & vtantur his verbis: Talem ac tantam elemosynam pro nostra necessitate a tali legatam vel datam, fatemur esse acceptam, vel fuisse nobis plenarie de illa satisfactum. Et si mutuo fuisset eis concessa, non promittant se soluturos, quia id proprietatem protenderet. Sed dicant se pro viribus solicitaturos, quòd tali tempore mutuantibus satisfiet. Inhibetur insuper districte, sub pena priuationis librorum & officiorum, vt nullum depositum in gemmis, aut auro, vel argento, vel quacūque re pretiosa, exceptis libris suscipiant, aut teneant, nisi articulus necessitatis astrinxerit. Et tunc non sine prælatorū licentia. Videāt autem quid, quantumue deponitur, si deponenti placuerit, & cui, & quando reddendum sit. Et fiat cū cautione in scriptis sigillatis ab ipso deponente. Semperque cum protestatione, quòd fratres de custodia talis depositi nullatenus teneantur. Et eiusmodi deposita seruentur in loco communi & tuto, prout prælatus ordinauerit. Et absque debita cautione non reddantur. Si quando accidat in timore hostium, quòd populus sua bona in nostris conuentibus sub spe quòd intacta permaneant, recondere omnino voluerint, nullus sit fratrum, qui ea in custodiam suscipiat, nec in sacrario, nec in alio loco. Sed si aliter fieri non poterit, ipsi sua custo-

De instrumētis conficiendis.

custodiant bona. Multa sepe ex his fratres passi sunt, cum impetu inimicorum illa bona perierunt, quare ip si satisfacere tenerentur fratres. *k* Demum in omnibus administrationibus iuxta eadem anti qua instituta mandatur, quòd administrationum suarum rationes fi deliter reddant. Ministri quidem in capitulo prouinciali, inquisitores similiter & custodes. Idem faciant commissarij & visitatores ministrorum vel Generalis, cum ad reformandum, vel aliud faciendum legantur, vel ut in capitulis in electione ministrorum præsideāt. Guardiani vero & procuratores conuentuum & locorum, de quindena in quindenam coram fratribus discretis, & alijs qui voluerint interesse. Discreti autē interesse teneantur omnes. Nec propter hoc desistant a rationibus reddendis, dato quòd omnes vocati non interessent. Possunt tamen in casu vsque ad mensem id protrahere, & nulla excusatione vlterius. *l* Et ne fratres timore guardiani consulant potius sibi quam communi vtilitati, mandatur præsenti decreto sub pe na excōmunicationis, vt sint bene oculati. Et si guardianos vel procuratores in fraude inuenerint, aut aliquem errorem aduerterent, tam in expensis quam receptis, publice coram omnibus referant. Alij vero reddant rationem ministro vel custodi, cum ab altero eorum fuerint requisiti. Si autem guardianus aut procurator dicto tempore rationes reddere neglexerit, ipso facto ab officio priuatus intelligatur, & sine generalis dispensatione in officio amplius non ponatur. *m* Et si fratres ad quos rationibus reddendis interesse spectat, noluerint vel contempserint interesse, per ministrum paternitate priuentur. Qui si tertio moniti nō se correxerint, sint inhabiles ad ordinis officia. *n* Guardiani quoque compellant procuratores suos ad rationes reddendas. Qui procuratores præter quotidianas & ordinarias expensas nil exponere sine guardiani & discretorum licentia præsumant, quòd si secus fecerint,

De reddendis omni mense saltem rationibus.

Aduertendum est ad rationes cum redduntur.

Omnes rationibus reddendis interfint.

Procuratores compellātur ad reddēdas rationes.

tint, ipso facto sint suo priuati officio, & in sequẽtibus annis in officijs non ponantur. Seruent tamen semper probatam expendendi consuetudinem. In casu tamẽ possit guardianus aliquando aliter prouidere. Et in quolibet conuentu sint duo libri magni, in quorum vno guardianus vel procurator omnium receptorum & expositorum nomina distincte & non summatim inscribat. Ita quòd semper fiat mentio de loco & tempore, & de persona vendente vel elemosynam faciente. Et in magnis summis semper interlit præsentia & assensus aliquorum conuentus discretorum. In alio scribat vel scribi faciat vnus ex patribus cõuẽtus, a fratribus cõuẽtus cõcorditer assignatus, a quo in eorum præsentia rationis summa scribatur. Hic secundus liber nunquam guardiano credatur. Ambos tamen libros successoribus assignent integraliter.

De modo laborandi Cap. V.

FRatres illi quibus gratiam dedit dominus laborandi, laborent fideliter & deuote: ita q̃ excluso ocio animæ inimico, sanctæ orationis & deuotionis spiritum non extinguant: cui debent cætera temporalia deseruire. De mercede vero laboris pro se & suis fratribus necessaria corporis recipiant, præter denarios vel pecuniam, & hoc humiliter, sicut decet seruos Dei, & paupertatis sanctissimę sectatores.

Circa

CIrca hoc quintum capitulum generalis cũ toto capitulo ſtatuit, vt fratres ocium tanquã omniũ malorum ſentinam fugiant. Ad quod euitandum, primo circa litterarũ ſtudia ſint quędam ordinanda. ℘ Ante omnia igitur iuxta quaſdam cõſtitutiones generales factas anno ſalutis quarto & octuageſimo ſupra mille trecentos, mandatur & ordinatur, quòd quilibet promouendus ad Bachalariatũ pro curſu in omnibus generalibus ſtudijs, & præcipue in Pariſienſi Oxonienſi, & Cantabrigienſi, iuret coram capitulo generali, vel in manibus Generalis vel Prouincialis miniſtri, quòd per tres annos immediate ſequentes leget quattuor libros ſententiarum, lecturas continuando per ſingulos annos. In quarto anno leget bibliã in eiſdem ſcholis, ſi fuerit opus. In quinto autem tã quã bachalarius formatus reſpondebit ordinarie cuilibet Magiſtro regenti in vniuerſitate eadem in ſcholis ſuis. Et ante principium ſexti anni non aſſumet licentiam Magiſterij, & ita obſeruabit. Qui vero cõtrarium fecerit, vel iuramẽtum facere contempſerit, bachalariatu & omni eius proſecutione: & Magiſterij aſſecutione ipſo facto ſit priuatus. Hic curſum ab exercitio non diſtinguimus. Item quòd nullus frater pro bachalario curſus ad legendas ſententias ab aliquo collegio extra noſtrum ordinẽ electus acceptare præſumat abſque licentia Generalis Miniſtri in ſcriptis obtenta. Qui contrarium fecerit, omnibus actibus legitimis, & gradu ſit priuatus. ℘ Statuitur præterea (vt in generalibus conſtitutionibus continetur) vt omnes lectores, regentes, & bachalarij, poſt feſtũ ſancti Franciſci ſuas lectiones incipiant: & octo menſibus continue vel interpolatim ſingulis annis legant, ita vt eas ante Kalendas Auguſti compleant. Et in ſtudijs Generalibus, in quibus ſententiæ leguntur, in toto triennio teneantur legiſſe (vt dictum eſt ſupra) quattuor libros ſententiarum, cum quęſtionibus doctoris

De ſtudijs, et ad ea promouendis.

De iuramẽto promouendorum.

Ordo ſeruandus in ſtudijs Pariſienſi, Oxonienſi, &c.

Tempus lectionum inchoandarum

Quõ ſunt cõtinuandæ lectiones.

Qui libri legi poſſunt.

ctoris subtilis, aut alterius: puta Alexandri de Ales, Bonauenturæ, Francisci de Maronis, aut Richardi, prout cum auditoribus conuenerint. Non enim omnis ad acumina Scoti idoneus est. *q* Tertium tamen Magistri, in quo sunt fundamenta omnium doctorũ, nullo modo prætermittant; *r* Et si alicubi esset studium theologię, nec haberentur auditores apti ad ipsam facultatem (quòd in particularibus studijs vt plurimum euenit) possunt regentes cum cõsensu Ministri, legendo logicam, physicam, metaphysicam, ordini & auditoribus satisfacere; dũmodo in termino supra notato id perlegerint. Et quando fuerint plures competitores eiusdem lecturæ vel regentiæ, & in vtroque sit legendi sufficientia: is qui voluerit plures lectiones quã eas ad quas tenetur legere, cæteris paribus præponatur nolenti, & potius ad legendum eligatur. non obstante quòd fuerit in doctrina præstantior. *f* Possit etiam Generalis Minister in casu instituere plures bachalarios vel regentes, si aliàs conuentus tolleraret, qui sint in eadem lectione concurrentes, solita portione elemosynarum inter eos diuisa, vt feruentius in lectionibus agitentur: maxime si in hoc fuerint concordes. *t* Si quoq; aliqui postquã ad legendum sint deputati nolent legere, & alij reperiãtur qui vellent, deponantur illi, & hi instituantur. non obstante quòd in capitulo generali in tabula positi fuissent. Et iuxta constitutiones generales qui in discontinuatione suarum lectionum fuerint inuenti notabiliter vitiosi, priuentur per ministrum omnibus gratijs quæ lectoribus conceduntur, & sequenti anno nullum officium habeant. *u* Quicunque fuerit custos alicuius custodiæ officium legendi habere nõ possit. *x* Declaratur etiã quòd quando per generalem ministrum ante generale capitulum substituitur aliquis bachalarius vel officialis studij alteri, mortuo, ejecto, reprobato, vlterius promoto, vel quoquo modo

Non est textus sententiarum omittendus.

Satisfaciẽdũ est auditorũ idoneitati.

Pluralitas regentium, et bachalariorum in casu.

Præponãtur legere volentes nolẽtibus

Custos officio legendi non vtatur.

modo cedenti, & litteræ datæ de triennio toto sequẽ ti enucleant in loco & gradu præscripto in sequenti generali capitulo nequaquam mutentur: vt suos peragant cursus, nisi legitime talibus opponeretur quo venirent remouendi. Debeant tamen per suos ministros vel prouinciarum discretos suas autenticas litteras ad generale capitulum pro confirmatione transmittere, ne obliuione & alijs occupationibus alter in tabula capituli subrogetur, quo casu secundus in iure præualeat, & alter sibiipsi imponatur. Cum in tali capitulo ex statuto omnes suis abdicentur officijs extra prædicta capitula si talis casus obuenerit, primę semper litterę in suo stent robore: nisi in secundis sine subreptione de primis certa fiat mẽtio. In dubijs vero sententiæ stetur ministrorum. Et ita in cunctis alijs concessionũ vel aliarũ rerũ litteris fiat. *y* Ad auferendã docentiũ negligentiã, iuxta constitutiones generales singulis annis generalis minister ad studiũ Parisiense visitatorẽ pro examinandis lectorum & studẽtiũ exercitijs mittere teneatur. Ministri quoq; cũ visitãt conuentus in quibus studia vigẽt, teneãtur ẽt studium visitare. *a* Et si quos ex studio vagabundos, aut malæ vitæ, & pacis turbatores, litteris non vacãtes inuenerint, & post trinam admonitionem sese nõ emendauerint, remittant eos ad Prouincias suas vel conuentus. *b* Et si de illo conuentu essent vbi est studium, collocent eos alibi, & alios idoneos loco illorum subrogent in studio & in officio. Et ministris firmiter mandatur, vt hæc executioni mandent. *c* Et raro permittant studentes natiuos illius conuentus vbi est studium, lectionibus ibi vacare, sed mittantur ad alia studia: ne familiaribus curis implicentur, & magis de conuentu quã alij præsumant. *d* Præterea iuxta generalia instituta præfata mandatur, quòd fratres qui ad generalia vel particularia studia Theologiæ vel alterius facultatis trãsmittuntur, per sua Prouincia

Promoti ante capitulum generale non amoneãtur: sed eorum litteræ confirmentur in capitulo generali.

Visitetur studium Parisien. quotannis.

Visitẽtur studia & turbatores pacis expellantur

Boni subrogẽtur in loco malorum.

Natiui in aliquo conuentu mittantur ad non natiuos conuẽtus pro studio.

Ad studia mittẽdi à prouincijs eligãtur.

Promouendi proponantur à ministris suis.

uincialia capitula eligantur: nisi aliud generali ministro videretur. *e* Deniq; in capitulo generali, qui promouendi fuerint, per ministros suos vel magistros ibidem ordinatos proponantur. Et qui alio modo vel medio promoueri quęrerent, ipso officio careant. *f* Et nullũ munus nullaque pecunia mediatoribus det neq; alicui alteri etiã generalis ministri familiari. *g* Si tamen facta promotione, promotoribus de sufficiẽtia attestantibus, ipse promotus, vel potius eius conuentus de communibus elemosynis vsui eius deputatis; aliquid pro exonerandis ordinis expensis procuratori generali libere per procuratorem conferre voluerit; illud impune facere poterit; prout Eugenij quarti; & Pij secundi priuilegium manifeste concedit, de quo infra capitulo octauo. *h*

Non promoueantur precio: nec munera dentur mediatoribus.

Promotione facta potest dari munus procuratori.

Procurator omnia scribat dona, & rationem reddat.

Procurator autem supradictus veluti cętera ordini & eius expensis contributa in suo libro scribat, de illis loco & tempore rationem redditurus. *i* Præterea omnibus studentibus pręcipitur, vt expletis eorum studijs, ad cõuentus quorũ sunt reuertãtur, sub pena priuationis gradus, pręsertim vbi fuerit taxatus numerus studentium, vt in sancto Nicolao Venetijs esse constat. *k* Ordinatur etiam, vt quotidie fiant circuli & disputationes post prandium. His enim litteris dediti magis quam lectionibus proficiunt. Nec minus puniantur qui disputationes negligunt, quam illi qui lectiones. Et visitatori studentium seu studiorum hoc sit argumentum potissimum de ineptitudine studentium. *l* Et nunquam nisi vrgente necessitate instituantur in cõuentibus regentes hi qui extra conuentum ad legendum sunt conducti, cum non possint hic & ibi ad plenum satisfacere, & etiam quia diuinus impeditur cultus. *m* Omnes etiam lectores, & bachalarij, & docti studentes exerceantur alternatim prædicationibus, tã in conuentu quam extra cõuentum, vt tribus, scilicet lectioni, disputationi, atque prædicationi simul assuescant.

Redeant ad propria qui studium cõpleuerint.

De circulis & disputationibus.

Legentes extra ordinem sint regẽtes.

Prædicationi vacandũ est.

scant. *n* In quadragesima plerumque ad prædicandũ exeãt, & raro quoad studuerint illo tempore in studijs confessionibus vacent, vt in constitutionibus alijs cauetur. *o* Prohibetur quoque ad lectiones accessus extra conuentum dum diuina celebrantur, illis qui diuinis interesse tenentur. Dentque operam etiam hi qui sic interesse non tenentur, potius Deo & ecclesiæ quã lectoribus suis complacere. Qui ergo ad lectionẽ huiusmodi non fuerint apti (quod semper iudicent superiores) potius ad diuina celebranda quam ad eorum simbrias magnificandas conueniant. *p* Iudicium autem superiorum hoc modo feratur, vt distinguant qui sint logici, qui philosophi, qui metaphysici, qui theologi, qui mixti. Et tempus ita coaptent, vt cuique audiendi suam lectionem commoditas tribuatur. *q* Ita quòd omnes simul eadem hora non exeant, vt remanẽtes satisfaciant choro loco exeuntium: quo tempore, cum videlicet studentes ad lectiones egrediuntur, patres & alij nõ studentes semper diuinis interesse teneãtur. Mixti ad eam lectionem tunc ire permittantur, quam principalius profitentur. *r* Nullusque lectorũ eiusmodi sub pena priuationis eorum lecturæ aliquẽ talem secum tali tempore adducere audeat, præsertim si remanentes pro dignitate conuentus ad persoluenda diuina satisfacere non possent. De quo ministri sollicitam curam gerant. Et qui contra hoc statutum cõspirationem fecerit in conuentu, vel laicalem fauorẽ quoquomodo commouerit, excommunicationis sententia feriatur. *s* Præterea iuxta Benedicti constitutiones mandatur, quòd regentibus, magistris, lectoribus, bachalarijs, ac studentibus conuentuũ, in quibus legunt vel student, secundum suam possibilitatem prouideant de vitę necessarijs, tam sanitatis quam infirmitatis tempore, & de medico atque medicinis. *t* Alias autem expensas, siue pro libris emendis, seu pro vectura librorum, conuentus cuius frater fuerit, vel si conuentus

In quadragesima exeant studentes ad prædicandũ.

Non relinquatur diuinus cultus ob lecturas in ciuitate.

Distinguatur tempus audiendarũ lectionum.

Patres & non studentes diuinis interfint.

Lectores non ducant studentes secum, qui debent interesse choro.

Prouideatur legentibus præcipue tempore infirmitatis.

Conuentus aut custodia studenti suo prouideat.

uentus non poterit, custodia vel prouincia vnde transmittitur, quidere teneatur modeste tñ secũdũ ministri taxationẽ. Cũ præcipue ꝑꝑ studia & fabricam summi pontifices successionem tam mobilium quã immobilium sibi reseruent, & suis procuratoribus per modum elemosynæ nobis erogari mandauerint; Iccirco maxime attendãt patres conuentuũ, & suæ conscientiæ consulant, ne contra intentionem regulæ proprietarij habeantur, bona talia magis alijs vsibus applicando, & se potius quam studẽtes talibus bonis viuere posse existimando. *u* De libris autem prouideatur, vt libri decedentium ad conuentus vnde venerant transmittantur. *x* Prouideatur denique in quolibet conuentu, vt omnium librorum fiat diligens collectio. Et illorũ custodiæ vnus probus vel duo de conuentu præficiantur, cum inuentario autentico. Et guardianus omni anno infra duos menses postquam est in officio teneatur fratribus conuentus collectis libros ostendere, & inuentariũ renouare vel uidere. *y* Qui autem habent curam librorum, quando ad litteras apti, libros requirerent necessarios, eis benigne cõcedant: modo hi qui recipiunt propria manu in registro subscribant se tales libros recepisse. *a* Similiter teneatur procurator ordinis libros in Romana curia decedentium per inuentarium receptos ad prouinciam defunctorum transmittere fideliter cum dicto inuentario, & prouinciæ sumptibus tales libros resignare ipsis cõuentibus quorum erant illi, qui vita functi iam sunt. Et hoc si fuerint Romæ pro negocijs conuentuum & prouinciarum. Si vero fuerint vagabundi, vel apostatæ, aut seruientes aliquibus prælatis vel dominis, eorum elemosyna, quæ inuẽta fuerit sumptibus ordinis vt generalis voluerit applicetur. Et eadem sententia sit de omnibus alijs qui extra ordinem quouis modo viuunt. *b* Præterea quicumque studentium in scandalum & dedecus religionis contra prælatorum obedientiam & reuerentiã

De libris decedentium.

De librorum custodia.

Mutentur libri aptis ad litteras.

De libris decedentium in vrbe.

Non Coniurent fratres in prælatos.

con-

coniurationem seu conspirationem fecerit, scripserit, vel pro ea confirmanda quippiam deposuerit, omni excusatione postposita, ipso facto excommunicationem incurrat. Et auctores talis conspirationis mox de studijs expellantur, non restituendi nisi per capitulum generale. *e* Præterea quilibet studens cuiuslibet prouinciæ, & etiam quilibet officialis in quouis studio promotus, teneatur habere litteras, quibus eius institutio & gradus in quo est exprimatur, vt possit suis prælatis cum fuerit requisitus ostendere. Quas si non ostenderit, guardianus non tenebitur ei prouidere. *d* Præterea quando fratres e studio in prouinciam aut conuentum redeunt, secũdum instituta Benedicti litteras laudis & boni testimonij vbi litteris vacauerunt afferant: quia litteræ priores eis non sufficiunt. Alioquin non cum honore, sed cum dedecore recipientur. *e* Litteras autem eiusmodi testimonij guardiani soli pro suo arbitratu concedere non possunt sine consensu discretorum, quæ etiam sint sigillo conuentus munitæ. Ministri vero eas sine aliquorum consilio dare non possint. Vtrique tamen ante diligenter de illorum vita & profectu inquirant. prout inuenerint litteris clausis, superiores certiores faciant, ad quos reuertũtur. *f* Præterea mandatur per obedientiam omnibus studiorum præsidentibus, vt nullum discrimen quo ad hoc faciant inter illos qui deferunt propriæ prouinciæ debita, & qui alienæ, sed illi dicantur applicati, qui de gratia vel supernumerarij mitterentur. Parisijs vero & in nonnullis alijs studijs in constitutionibus nominatis nullum fiat discrimen. *g* Ministri quoque debita dare nequeant, nisi cum consensu capituli prouincialis, vel prout ab ipso capitulo acceperint potestatem. Mittendi autem sint ad proficiendum habiles, fortes corpore, eloquentiæ bonæ, conuersationis honestę, non contentiosi, sed mites & pacifici. *h* Ordinatur quoque, vt si quandoque ob penuriam victus exonerare

Studentes habeant litteras suæ promotionis.

Studentes in reditu litteras testimoniales et laudis habeant.

A quibus debent dari tales literæ, & quomodo.

Nullum sit inter debita Prouinciarum & applicata discrimen.

Minister non det debita sine consensu capituli Prouincialis.

nerare oporteret conuentus vbi sunt studia, incipiatur a minus idoneis, & præponatur in hoc bonus & acutus studens deteriori & rudiori bachalario. Et potius expellantur qui male viuunt, quam qui male addiscunt, hoc est qui sunt rudiores, non tamen negligentes. Et hoc fiat iudicio Regētis, ac prælatorum, ac patrum cōuentus, cum consensu ministri. In quo totum capitulū eorum aggrauat conscientias. Mandatur autem districte, & alleuiatio eiusmodi incipiat prius ab aljis quam a studentibus, vt sunt iuuenes qui non dant operam artibus, & quidam vt sic dicatur patrunculi, que cum non sint digni filiatione, creati sunt in patres. *i* Et primo expellātur eorū socij. *k* Vnde indicit & inhibetur oīno, vt nullus patrū discretorū sociū teneat, nisi pr̄ talis sit, qui sit virtute p̄dit⁹, vel ętate iā grauis. De quo ministri omni perturbatione semota secūdū Deum iudicent: & eorum conscientiæ in hoc sint aggrauatę, *l* Patres etiam qui tali nomine digni sunt (quantumuis egregij sint) tantum vno seruitore sint contenti, nisi ministris aliter videretur aliquando. Qui tamen seruitores quādo conuentus eorum opera indigebit in diuinis vel etiam in humanis, suis guardianis obediant. Et si patres contradixerint, extūc priuentur societate seruientium. *m* Nullus item fratrum audeat prout sibi libuerit capellis aut ecclesijs quibuscunque inseruire, nisi a prelatis deputaretur. Merces vero eiusmodi obsequiorum vel elemosynæ potius (quia merces nostra est in celis) sint communes toti conuentui. Poterit tamen, immo decet, vltra alios illi aliud consignari, qui ex obedientia inseruierit: dicente regula: De mercede vero laboris pro se & suis fratribus induendis corporis necessaria recipiant. *n* Et si qui magistrorum vel patrum eiusmodi capellas priuatim retinere præsumpserint, si tertio moniti eas non dimiserint, gradu & paternitate de facto intelligantur priuati, & a conuentu expulsi. *o*

Qui sunt expellendi a studio cum grauatur.

Conditio mittendorum ad studia.

Expellantur patrūculorū socij.

Quis sit dignus tenere socium.

Vno seruitore patres sint contenti.

Non seruiāt alienę ecclesiæ fratres.

Pena illorū qui tenēt capellas priuatas.

Neque

Neque intendit generale capitulum tanta immunitate defendi patres eiusmodi, quin pro communi cõcordia, & ad tollendum aliorum scandalum, tam in choro quàm in reliquis locis conuentus sese exhibeant aliquãdo pro tẽporum oportunitate ad oẽs honestos labores & exercitia cõia. puta in canendis missis, faciendisq; hebdomadis & alijs, cum non solum ipsi, sed generalis ordinis in casu ad hoc teneretur. Nam si gloria ri liceat religioso, gloria eius sit in actibus humilitatis. Propterea non erubescant qui maiores sunt, aliquando intrare ad ministeria sacrarij, coquinę, penarij, verrere domum, portare peram ad elemosynam pe tendam, licet sit eorum officium curare maiora conuẽ tuum negocia. s. legendi, disputandi, prædicandi, corã prẹlatis & alijs loquendi, & comparendi, & similium, & non vt fuci quidam consumere solum aliorum labores. Sic enim potius tyranni, quàm patres iudicabuntur. Agnoscantq; vocem propriam patris, nam patris est alere, nutrire, prouidere, conseruare. Illi ergo veri patres sunt, qui meritis & exemplis, atque alijs tutelis & auxilijs conuentum ipsum sibi in filium adoptarunt. *p* Determinat item generale capitulum oẽs patres iuuenes, qui non fuerint quinquaginta annorum, neq; magistri, neq; propter studiũ aut lectiones alias exempti, aut prędicatores, & multę auctoritatis in populo, scribantur ad canendas missas: similiter & alia chori officia, sicut & alij fratres: prẹsertim si non fuerit copia fratrum. Et si tertio moniti non paruerint in omni capitulo voce actiua & passiua careant. *q* De studio autem Parisiensi secundum generalia instituta ordinatur, *q* de fratribus sententias lecturis in studio Parisino, & ad magisterium præsentandis, minister generalis prouideat: nisi ex causa duxerit conuentui Parisiensi id committendum. Si quoq; vacaret officium generalatus, & vicarius non esset in ordine, nec per generalem antea fuisset prouisum; Tunc ipse conuentus

Aliquando humilibus officijs mancipẽt se patres & magistri.

Qui officia chori facere debent.

De parisiensis studij prouisione.

secundum normam à domino Mattheo tunc Generali in Mõtepessulano traditam, & ordinatam prouideat. Vtq; generalis ministeri id expeditius faciat, ministri prouinciales & discreti in capitulo generali per obedientiam teneantur eos nominare, qui in Prouincia fuerint acutiores, aptiores, & meliores ad eiusmodi officia exequenda. r Placet tamen generali capitulo, quòd de illis qui sunt Parisij sententias lecturi (si ad magisterium fuerint prẽsentandi) tertius semper de Prouincia Franciæ assumatur, reliqui de alijs prouincijs ordinis: secundum quòd fuerint magis idonei assumãtur. Ita tamen id placet, quòd propter hoc nullus insufficiens ad officia prędicta admittatur, neq; auctoritati Generalis ministri derogetur, qui vnũ alij prẽferre vt videbitur poterit. s Possit autem quęlibet Prouincia ad studium parisinum duos studẽtes de debito sine prouisione aliqua, & duos de gratia trãsmittere. quibus tamen per prouinciam suam de libris prouideatur. Qui in suo reditu de dicta prouisione rationem integram reddere teneantur: & ad id si opus fuerit cõpellantur. Et caueant ne elemosynas sibi concessas pro libris emendis in alios vsus committant, aut libros pomposos fieri faciant. Et hoc statutum commune sit omnibus fratribus. t Caueant autem studẽtes & bachalarij (maxime Parisijs commorantes) ne rebelles & contumaces inueniantur in his que a Generali mandãtur. recurrentes ad rectores vniuersitatis, vt defendantur, sicq; in contemptum prælatorum permaneant: vt censuras, & alias penas non curent. Omnes tales vult generale capitulum de conuentu debere eijci: & perpetuo priuari officijs & omni alia ꝓmotione, nec nisi per generali capitulum restituantur. Et siqui studentium eos manutenuerint, defensauerint, excusauerint, & cum eis conuersati fuerint, & pro excõmunicatis non habuerint, eadem in eos feratur sententia. Non enim possunt vniuersitatum priui legia

Acutiores ad studia promouendi sunt.

Ordo seruandus in prẽsentandis parisiensibus & alijs aliarũ prouinciarũ.

Quot studẽtes possint mitti ad studium parisien.

Studentibus parisinis prouincia sua prouideat.

Parisien. nõ paruifaciãt mandata. G. M.

Pęna recurrentium ad vniuersitates.

legia ab obediẽtia ſuperiorum religioſos eximere. *u* Præterea iuxta inſtituta in generali capitulo quarto & octuageſimo ſupra trecentos & mille noſtrę ſalutis anno ſtatuitur, quòd nullus fratrum litteras apoſtolicas, aut alio quouis modo abſq; ſuperioris ordinatione ante ſex annorum curſum, licẽtiam aut curſum ſeu gradum magiſterij aſſumat. Quod ſi fecerit, ipſo facto ſit priuatus gratijs ordinis: & pro magiſtro non teneatur, neq; Generalis abſq; conſenſu capituli generalis valeat ſecum diſpenſare. Salua ſummi pontificis reuerentia, ſi aliquando aliquem ob magna merita promoueret. Et de hoc noſtris priuilegijs ſuper hoc conceſſis derogare intenderet: maxime ſi perſona promota eſſet ſufficientis ac probatæ talis doctrinę vt ſuos curſus in legendo peregiſſet. Iccirco ſuppli cat generale capitulum: non aſtringi huiuſmodo indoctos pro magiſtris acceptare. Et in hoc teneatur Generalis ſemper pro reuocatione talium præteritorum & futurorum ad pontificem recurrere, *x* Proin de Benedicti duodecimi ſtatutum extat eiuſmodi, quòd obſeruãdũ eſt ne noua cuiuſcunq; opera per fratres ipſius ordinis incaute vel periculoſe communicari ſeu publicari cõtigant, diſtricte præcipitur: quòd nouum opus theologicum, iuridicum vel philoſophicum, librum, libellum, ſummã, compediũ, poſtillã, compoſitiones gloſas, tractatus, collationes ſeu cõpilationes quæſtionũ vel ſermonum, à quocunq; fuerit æditus ſeu ędita vel æditum, nullus frater ſine ſubſcripto, & examine generalis miniſtri, & capituli generalis licentia prius ſpecialiter obtenta, intra vel extra ordinem publicare, communicare, vel copiare præſumat. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, omnibus ſcolaſticis ac legitimis actibus, ac vſu librorum ſe nouerit priuatum fore. *y* Eiuſmodi autẽ operis examen fiat ꝑ quattuor eiuſdẽ ordinis in theologia magiſtros, ad hoc per idem generale capi

Complendus eſt ſex annorum terminus ante magiſterium.

Non dentur libri editi à fratribus in lucẽ ſine examine.

Quatuor magiſtris eruditiſſimis committatur librorum examen.

tulum deputatos : qui ad diligenter examinandum huiusmodi opera , & fideliter capitulo referendum per obedientiam astringantur. Completo examine, per litteras Generali & capitulo teneantur quæ approbatione vel improbatione digna fuerint nunciare. Quorum relatio, approbatio, vel improbatio per scriptorem ordinis in actis ordinis registrentur. Hæc ille.

Super quibus potest dispensare Generalis in cõponendis libris.

a Si tamen hodie aliquis in ordine vir in litteris egregius esset, qui ad minus duodecim annis publice legerit ac docuerit, poterit generalis minister (si ei videbitur) etiam sine generali capitulo ei libros conscribendi edendiq; licentiam impartiri.

Non fiant cõuiuia lautissima in principijs lecturarum.

b Ordinat insuper generale capitulum, quòd pro bachalarijs in principijs lecturarum non faciant expensas conuiuij nimias, sed solum pro lætitia quadam huius sanctæ nouitatis fiat refectio moderata.

Non prædicentur damnata a sãcta Romana ecclesia.

c Deinde nullus frater à satore malorũ instigatus (vt antiqua statuta Papalia clamãt) sub simulata sanctitatis specie, vel quocũq; colore quæsito audeat damnatas per sanctam Romanam Ecclesiam hæreses prædicare, aut dogmatizare, defendere seu probare, & sua doctrina & sacrilega prædicatione simplicium corda vitiare ac deprauare contra fidem & bonos mores.

Pœna taliũ prædicantiũ damnata.

d Et qui contrafecerit (quod absit) verbo, scripto, vel facto, contra illos sicut contra Hereticos debite procedatur, contraque illorum receptatores, defensores, fautores, secũdum canonicas sanctiones. Simili quoque pena animaduertendi sunt, qui verbò vel scripto opinionem vel doctrinam per sedem Apostolicam approbatam reprobare, vel reprobatam approbare ausu temerario studuerint. *e* Præterea sub pena excommunicationis latæ sentẽtiæ : quam nunc in scriptis & sedendo (vt moris est) in quemlibet eiusmodi proferimus, præcipitur & mandatur omnibus fratribus (quocunq; nomine appellentur) inquantum virtus capituli generalis se extendit, cum corroboratione vbi illa deficeret,

sedis

ſedis Apoſtolicę has conſtitutiones confirmantis, ne nullus audeat exponere ſeu componere, aut in publicum tradere, aut imprimi facere vllos libellos ſeu tractatus in cuiuſuis infamiam, præſertim prælatorum & religioſorū: vt ſunt inuectiuæ cantilenæ, & eiuſmodi libelli ſub ſpecie zeli diuini traditi, aut ſub ſpecie cuiuſdam deriſionis, *f* Ita quòd neq; fratres conuentuales illos qui ſunt de familia & eis ſimiles derideāt, neq; illi conuentualibus ſub quodam velamine ſanctitatis ignominiā inferant, & in alios crimē impingant: & ea cōtra conuentualium paupertatem proclamēt, quæ nollent contra ipſorum obedientiam proclamari. Neq; igitur in confeſſionibus neq; in prædicationibus ſe lædant mutuo in ſcandalū populi & dedecus religionis. Sicut nuper quidam inuectiuam quandā imprimi fecit non in paruum religionis dedecus, nō attendens q̄ omne agens in agendo repatitur, & qui longo vtitur flagello, poſt ictum in ſe reuoluat neceſſe eſt. Et ſic in breui temporis ſpacio religio diſſidijs labetur. *g* Et ſi ex eiuſmodi maledictis & ſcriptis aliqua congregatio vel conuentualium vel fratrum de familia, aut aliorum eiuſmodi offenderetur, & iniuria eſſet litigioſa & diſputabilis: citatis hincinde partibus a generali miniſtro, in loco publico congregationis in ſenſæ abſque ſecularium ſcitu & ſcandalo, eiuſmodi quæſtio diſputetur & examinetur, & ſecundum delicti exigentiam ipſe miniſter generalis damnet illum qui ſic ordinem offenderit. Huic autem ſtatuto auctoritate apoſtolica ſubijciantur omnes fratres minores quocunque nomine (vt dictum eſt) cenſeantur. *h* Præterea quicūque frater (vt reuertamur ad ſanctiones priſcas, & ſummorum pontificum auctoritate corroboratas) audiuerit aliquē ſtudentem, magiſtrum, vel prædicatorem ordinis noſtri aſſerentem aliquā poſitionem in fide vel moribus ſuſpectam, aut per theologos communiter reprobatā, in virtute ſanctæ obedien

Non componantur libelli in infamiā alicuius.

Non lædant ſe mutuo fratres diuerſarum vocationum.

Fiant priuatæ diſputatiōnes de controuerſijs fratrum diuerſæ vocationis.

tiæ

tiæ ei mandatur, vt ſtatim miniſtro vel ſuo ſuperiori id denunciet, qui tali aſſerenti diſtricte precipiat, ne vlterius talia eiuſmodi aſſerat donec ſuper his veritas ſit diſcuſſa. Pro cuius diſcuſſione idem miniſter ad vicinius ſtudium recurrat. Et ſi inuenerit id eſſe erroneũ; tunc illi fratri firmiter præcipiat, vt a tali aſſertione deſiſtat. Qui ſi noluerit, de conſilio diſcretorum carceri mancipetur, non liberandus donec ſe emendauerit, & oppoſitum ſuæ propoſitionis retractauerit. De hoc autem in proximo generali capitulo Miniſter referat. *i* Præterea quando occurreret aliqua oratio in fide dubia, caueant fratres, ne antequam ſedes apoſtolica determinet, alteri parti firmiter adhæreant, ſed iudicium eiuſdem Sedis expectetur. *k* Fratres vero quibus gratia capeſſendæ litteraturę non fuerit conceſſa, curent illud quod omnibus commune eſſe debet habere ſpiritum domini & ſanctam eius operationem, & ſupra alios orationes ad Deum fundere, & poſt horam matutinalem in hieme (quoad fieri poteſt) ſeptẽ pſalmos cum letanijs, in æſtate vero poſt nonam perſolue re. Et hoc quando præſidenti congruum videbitur Poſt horam vero veſpertinam dicant veſperas defunctorum cum vno nocturno & laudibus. Et poſt cõpletoriũ Benedicta tu. *l* Item poſt Aue maria in ſero (vt Sixtus ſtatuit) pulſetur campanella ab acolito vel ſacriſta, feria ſecunda, quarta, & ſexta, niſi ſolenne feſtum occurrerit, vel aliter videretur præſidenti, & vaIuis eccleſiæ ac feneſtris clauſis, fratres faciant humiliter diſciplinã, dicendo pſalmum Miſerere mei. cum Gloria patri, & pſalmũ De profundis. cũ Requiem. Et Chriſtus factus eſt pro nobis obediẽs. cũ oratione Reſpice quæſumus, & quæ ſequuntur. Qua finita dicatur Salue Regina ab omnibus, cum verſiculo Aue Maria, & cum his orationibus, videlicet Famulorum tuorũ. Deus cui propriũ eſt. Vre igne ſancti ſpiritus. Deus qui Eccleſiã tuam beati Franciſci, & Actiones noſtras,

Denunciẽtur prælatis quæ aſſerũt ſuſpectas propoſitiones.

Dubiorum alteri parti nõ adhæreant ſine eccleſiæ determinatiõe.

Exercitiũ nõ litteratorũ.

De diſciplina facienda.

Et

Et vbi totiens guardiani hoc persuadere fratribus nō possent, semel saltem in hebdomada non deficiant, aliter inter regulares non habeantur. *m* Vacent deniq; laici & iuuenculi humilitatis officijs, vt mundationi domus, purgationi vasorum, cultui pomeriorum, aut hortorum, & huiusmodi, secūdum gratiam eis concessam. Et secundum Martinum quintum: vt sæpe dictū est, si aliquibus laborantibus fuerit debita merces pecuniaria, detur procuratori, si alia, guardiano conuentus vel loci, qui eam communi vsui fratrum applicet & illius præcipue qui laborauit, si indigeat. *n* Quāuis autem ocium non litterarium, sed vulgare sit tanquam fomentum omnium scelerum fugandum, non tamen omnia exercitia sunt laude digna, sed quędā sunt interdum valde reprehensibilia; Iccirco mandatur fratribus omnibus, ne alchimiam, aliasque vanas & damnatas artes, Aquarum inhonestas distillationes, & ad malum incitantes, vt sunt artes quæ spectāt ad vanum mulierum ornatum, vt sunt armillæ, odoramenta, vnguenta, & eiusmodi exercere audeant. *o* Similiter artes quæ sine strepitu nō possunt fieri, vt est ars fabrilis, & eiusmodi, quæ in claustro cōmode nō possunt fieri. Qui autem huiusmodi artes contra suorum superiorū inhibitionem exercere præsumpserit, actibus legitimis priuetur, & carceri mancipetur. *p* Et quia maxima abusionum est, clericum negociatorem aut causidicū esse, iccirco sub pena suspensionis, & ad omnia officia inhabilitationis iuxta generalia statuta mandatur, vt nullus fratrum negociari, aut quoquomodo mercari, fenerari, exercere societates animalium, aut causas secularium quorumcunque, aut etiam ecclesiasticarum personarum actitare in curijs quibuscumque, vel eorū causa ad quamcumque patriam, vel locum quantumlibet distantem accedere attentet. Et cui hæc pena nō competeret, pena carceris per tres menses cum trina disciplina qualibet hebdomada puniatur. Et nihilominus

Exercitiū laicorum & iuuenculorum.

Prohibetur alchimia, & aquarum distillatio.

Prohibetur ars quæcūq; strepitum faciens.

Damnatur negociatio apud frēs.

Pena negociantium fratrum.

minus iuxta constitutiones antiquas sors tota cum lucro & alijs bonis eorum communi fratrum vsui applicetur. *q* Præterea eodem modo inhibetur, ne vllus eligat esse iudex aut arbiter quæstionum sæcularium, aut sibi procuret a regibus, a principibus, aut communitatibus, vel prælatis committi negocia sæcularia, & nostro ordini indecentia. Et qui contrarium fecerit, nõ gaudeat priuilegijs ordinis, nec alijs dignitatibus. *r* Præterea non teneantur in cõuentibus scholæ sæcularium quorumcumque, etiam nepotum vel affinium. Si quis autem in conuentu grammaticam aut alias liberales artes publice doceret, si ad eiusmodi lectiones in loco communi etiam sæculares conuenirent, ad audiẽdum tantummodo, & non ad manẽdum, charitate suadente non damnatur, si cum ministri generalis fiat licentia. *s* Et qui alio modo sęcularem retinuerit in cõuentu sine præsidentis obtẽta licentia, maxime suspectum & inutilem conuentui (vt infra etiam dicitur) etiam si esset ad ordinem recipiendus, nisi infra quindecim dies fecerit, vel priuetur camera, vel expellatur vt in quodam capitulo Asciſij celebrato fuit decretũ. *t* Cum non solum exercendi, sed etiam clericis addiscendi artem medicinæ vetitum sit, sub paulo ante penis dictis mandatur fratribus vniuersis, ne in cura medendi vllatenus se occupent: præsertim cum sæcularibus, vbi posset emergere sanitatis aut vitæ periculum nisi hãc artem ante religionis ingressum calluissent, & tantum gratis pauperibus & amicis spiritualibus, vbi nullum irregularitatis esset periculum inseruirẽt. Chirurgici omnino abstineant. *u* Tandem mandatur secundum generales constitutiones ministris, custodibus, ac alijs prælatis, quòd si inuenerint aliquos fratres notabiliter ocioſos, nec voluerint in hortis, aut in eundo pro elemosynis, & alijs eiusmodi exerceri, tãquã ignauum pecus ab omnibus retrahatur ordinis promotionibus, & voce actiua & passiua priuẽt:

Non sint iudices fratres.

Non sint sęcularių scholæ in conuentibus.

Sæcularis studens non teneatur in conuentibus.

Medicina dãnatur apud fratres.

& sic

& sic esse priuatos publice denuncient. Visitatores insuper Prouinciarum diligenter inquirant, qualiter hæc constitutio seruetur in prouincijs ordinis: quando ad visitandum accedunt. Et si quos in ipsa obseruanda negligentes inuenerint vel puniant, vel capitulo denuncient. *Diligentia visitatorum.*

Quod fratres nihil sibi approprient Capitulum. VI.

FRatres nihil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sed tanquã peregrini & aduenæ in hoc seculo in paupertate & humilitate domino famulantes vadant pro elemosyna confidenter. Nec oportet eos verecundari, quia dominus pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo. Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis: quæ vos chariſſimos fratres meos hæredes & reges regni cælorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimauit. Hæc sit portio vestra, quæ perducit in terram viuentiũ: cui dilectissimi fratres totaliter inhærentes, nihil aliud pro nomine domini nostri in perpetuum sub cęlo habere velitis. Et vbicunq; sunt & se inuenerint fratres, ostendant se domesticos inuicem inter se & secure manifestet vnus alteri necessitatem suam. Quia si mater diligit & nutrit filium suum carnalem, quanto diligentius quis debet diligere & nutrire fratrem suum spiritua-

lem? Et si quis eorum in infirmitatem ceciderit: alij fratres debent ei seruire: sicut vellent sibi seruiri.

IN hoc sexto capitulo regulæ sunt tres articuli. In quorum primo tractatur de voluntaria rerum abdicatione: tam in communi quã in proprio, propter Deum, patre nostro dicente: Fratres nihil sibi approprient &c. Secundo datur inter alios modos præcipuus modus viuendi, quando subiungit. Vadãt pro elemosyna confidenter &c. Tertio de obsequio fratribus infirmisẽ impenddo, quando subnectit. Alij fratres debent eis seruire &c. *x* Circa primũ articulum fit eiusmodi declaratio, quam totum generale capitulum acceptauit tanquã veram, & ex mente legislatoris nostri procedentem: videlicet Fratres minores quo ad votũ paupertatis in hoc differre ab alijs eandem paupertatem profitentibus: quia alij quidẽ habent in cõi dñium rerũ, & vsum fructũ & ius vtendi. Fratres minores vero habent in communi, quod alij habent solum in speciali: videlicet solum vsum simplicem rei. Neq; differt possidere in cõi & possidere in particulari. Et hunc sensum fuisse Christi domini inspirantis, & beati Francisci scribentis, declarauit Nicolaus & multi alij summi pontifices. Vnde subiungitur. Tanquã peregrini & aduenę in paupertate, & humilitate domino famulantes. *y* Quid autem sit dominium rei, omnibus manifestũ videtur. Vsus autem fructus est quoddam dominium, quia fructus ex re prouenientes possunt alienari & donari vt libet. Ius autem vtendi habent illi, qui fructibus alicuius rei ipsi quidem vti possunt de iure, ita quod nemo eos impedire potest. Alijs quidẽ tamẽ nequeunt donare talem vsum, neq; fructus vllo modo alienare, hoc aliqui vocant ius nudum: quia ipsi solum vti possunt. a

De paupertate.

Quõ minores differunt ab alijs in paupertate.

Dominiũ et vsus quid.

Fratres

Fratres itaq; minores non habent dominium rerum, puta domorum & prædiorum: vt illa possint vendere & alienare. Neque habent vsum fructus: quia supra nullius prędij aut domus fructibus vel censibus habēt ius & dominium. Neque habent ius vtendi vt possint ad fructum recurrere de iure, ita quòd nemo eos possit impedire. Nullum ergo ius est eis rerum aut fructuum. Quid ergo habēt? Simplicem facti vsum quo quidem vita mortalium carere non potest, & quem tollere nulla professio potest. *b* Et quia dubitare quis posset, quis earum rerum (quibus simpliciter fratres vtuntur) sit dominus, quisq; enim omne ius habet, Declaratum est, quòd res si non sint amplius in potestate largientium, sed ius earum ab eis recessit: tunc librorum & omnium rerum mobilium & immobiliū prędentium & futurorum, quę fratribus offeruntur, conceduntur, vel quouis titulo donantur: si donantes nō exprimerent se habere in eis ius & dominiū totum ius & omne dominiū sedes Apostolica, vel persona Romani pontificis in se & Romanam Ecclesiam recipit: sibiq; plene & libere omnia illa attribuit, omneq; ius ad ipsum pertinere cōstituit. Quia pontifex Romanus etsi omnium sit pater & dominus: specialiter est pater & dominus fratrum minorum. *c* Vnde Sixtus quartus in Bulla sua sic ait, Nos igitur Præfati ordinis qui conditori gratissimus est & pię deuotioni fidelium acceptus, vt illius personarum, quarum prędicationibus verbi dei, & euangeliorum veritatis, sacrorumq; eloquiorum explanatione, consilijs, & charitatiuis admonitionibus fideles ipsi circa animarum suarum salutem magna cōmoda consequuntur, statum prosperum & felicem intensis desiderijs affectantes, necnon pias decedentium (quorum amplius non redit arbitrium) voluntates executioni mādari, & ex eis quæ diuinæ propiciationis intuitu pia largitione fideliū conceduntur, structuras & ædificia

Minores non habent dominium rerum, neq; ius vtēdi: secundum vsum simplicem.

Dominium habet sedes apostolica.

Bulla Sixti ad litteram de paupertate minorum &c.

domorum dicti ordinis, ac sacræ theologiæ studium in ordine prædicto manuteneri, & eiusdem ordinis professoribus eiusmodi studio vacare volẽtibus vt id commode facere possint, subuenire Christianæ reipublicæ quãmaxime vtile & necessarium fore, ac inter summe meritoria ac Deo grata opera non immerito connumerari posse & debere putari, quorumcunq; Romanorum pontificum prædecessorum nostrorum, & præsertim recolendæ memorię Eugenij Papę quarti circa pręmissa dicto ordini similiter concessas litteras Apostolicas,& in eis contenta auctoritate Apostolica, & ex certa scientia, ac de plenitudine potestatis supradictę pręsentium tenore approbamus, ac robur perpetuę firmitatis obtinere & obseruare debere decernimus: & nihilominus volumus ac eisdem auctoritate, scientia, potestatisque plenitudine statuimus & ordinamus, quòd de cętero perpetuis futuris temporibus institutiones & substitutiones, relicta donationes, legata inter viuos & causa mortis, alięque pię & non piæ dispositiones quęcunque quocunque nomine nuncupentur, tam simplices & puræ quam conditionales & modales, fratres, & domos dicti ordinis, ipsarumque domorũ capellas, ecclesias, picturas, & fabricam seu illorum commodum & fauorem quomodolibet concernentium hactenus factæ, & in posterum perpetuis temporibus faciendæ, etiam si tempore institutionum, substitutionum, relictorum, fideicommissorum, legatorum, donationum, aliarumq; dispositionum huiusmodi, fratres ipsi in quorum fauorem emanarent nondum ordinem prædictum ingressi forent, eidem Romanæ ecclesiæ & de illa ordini ac fratribus ac locis eorundem factæ esse intelligantur, & eundem plenarium sortiantur effectum, quem sortirentur si nominatim & expresse præfatæ Romanę Ecclesię & de illa ac in eius fauorem factæ forent: ne possint prętextu incapacitatis eorundem fratrum quouis modo

de in-

de inualiditate notari. Hæreditates vero quæ eisdem fratribus si in seculo forent ab intestato perferētur præfatæ Romanæ ecclesiæ, quæ ipsorum fratrum locū quo ad hoc teneat deferantur. d Ipsa quoque Romana ecclesia quo ad hæreditates & bona quæ ordinem ipsum ingredientes sub cōditione mortis eorum sine filijs restituere grauati sunt, filiorum locum teneat: sicut tenent monasteria proprium habentia in communi, si tales grauati illuc ingressi forent. Quodque Romana ecclesia eadem, & pro ea illius sindici, iuxta litterarum prædictarum Martini quarti prædecessoris nostri præfati tenorem pro tempore nominati, in substitutionibus, relictis, legatis, donationibus, alijsque pijs & non pijs dispositionibus prædictis, necnon ex illis quæ ab intestato professoribus dicti ordinis si capaces forent deferrentur, hæreditatibus & bonis quæ ingredientes ordinem ipsum sub cōditione mortis eorum sine filijs restituere grauati sunt, id totum petere, consequi, & habere possint, ac si institutiones, substitutiones, relicta, legata, donationes, aliæque dispositiones huiusmodi in ipsius Romanę ecclesiæ vtilitatē nominatim emanassent vel emanarēt, ipsęque ab intestato hæreditates ipsi Romanæ Ecclesiæ siue ipsius fisco delatæ forēt. Et quòd retinerent filij talium de restituendo sub conditione mortis sine filijs grauatorum, si extarent. e Habeant quoque sindici præfati circa præmissa parē quā idem Martinus quartus eos habere voluit facultatem. Hæc Sixtus. Et ne apud fratres facultas sindicorum, quam eis Martinus prædictus & alij pontifices concesserunt, ambigua remaneat, ponitur hic declaratio ipsorū facultatis · prout Sixtus eius meminit in bulla præallegata. Dudum (inquit Sixtus) Martinus quartus prę decessor noster cupiens honesta adhibere remedia per quasdam suas litteras apostolicas auctoritate apostolica, & de potestatis plenitudine voluit, statuit, & decreuit, quòd speciales personæ per Generalem aut prouinciales

Ecclesia Romana locum filiorum tenet.

Facultas sindicorum.

ciales miniſtros aut cuſtodes dicti ordinis nominande in præmiſſis adminiſtrationem legitimam, generalem & liberam gererent in bonis omnibus mobilibus & immobilibus, quibus fratres ipſi vti poſſunt, quorum ius, proprietas, & dominium nullo medio pertinet ad Romanam Eccleſiam. Et veri legitimique adminiſtratores, economi, ſindici, & actores eſſent, ac res ipſas & earum precium nomine ipſius Romanæ Eccleſiæ reciperent, & in ipſorum fratrum vtilitates, ſicut & quando ab eiſdem fratribus forent requiſiti, cõuertere poſſent & deberent cum plena generali & libera poteſtate petendi, exigendi, alienandi, tranſigendi, paciſcendi, cõueniendi, compromittendi, renunciandi, refutandi, quietationem faciendi, comparendi, agendi, defendẽdi, ac in animam eorum de calumnia, & de veritate dicenda iurandi, & cuiuslibet alterius generis iuramentum præſtandi, cum illis, & contra illos qui huiuſmodi res mobiles vel immobiles, aut precium earum occuparent, vel violenter auferrent, ſiue contra voluntatẽ fratrum quomodolibet detinerent. Et generaliter in omnibus cauſis & bonis huiuſmodi ad ipſam Romanã Eccleſiam ſpectantibus ipſorum fratrum vſui cõceſſis. Necnon pro immunitatibus, libertatibus, iuribus, priuilegijs, & indulgentijs eorũ, ſiue cuiuslibet dationis aut cautionis onere, præfata auctoritate in iudicio & extra plenam & generalem & liberam poteſtatem haberẽt. *f* Conceſſitque ſuperius nominatis prælatis plenam & generalem & liberam poteſtatem perſonas eiuſmodi nominandi pro ſingulorum locorum indigẽtia, & perſonas eaſdem, & earum quamlibet reuocandi, & earum loco alias ſubrogandi vel nominandi per ſupradictum modum nominationis quotiens oportunum foret, qui eandem in prædictis vel ſimilem haberent poteſtatem ſequitur: Et deinde piæ memoriæ Martinus Papa quintus conceſſit præfato Generali facultatẽ cõcedẽdi procuratoribus domorum dicti ordinis vt poſ-

Quis ſindicos inſtituit & deſtituit.

ſeſſiones

sessiones & bona quæcunque mobilia & immobilia ac annuos prouentus hactenus præfato ordini relicta & in posterum relinquenda, aut alijs nominibus acquisita vice & nomine Romanæ ecclesiæ recipere, tenere, ac possidere, & ipsorum fructus, redditus, & prouentus petere, exigere, & percipere, & in vsus fratrum conuertere & exponere de ipsorum consilio & assensu possent & deberent. Hæc de mente Martini quarti & quinti Sixtus inserit. Et quamuis ex dictis videatur fratres posse, vel potius sindicos præfatos nomine Romanæ Ecclesiæ bona immobilia & possessiones tenere, & earũ fructus in eorum necessitates conuertere, id sede apostolica libere concedente, & quotiens liberet, ea tanquam sua auferre valente, nullũque ius propter id fratribus largiẽte. Tamẽ specialiter vniuersum generale capitulum supplicat. S. D. N. Alexandro sexto, quo id expressius & manifestius declaret, declaratumque confirmet, vt videlicet dominium possessionum fratribus relictarum quouis nomine, dominio & iure quocumque apud personam summi Pontificis remanente. Et ipso pontifice quotiens vellet vsum illum fratribus auferre, & in suos seu Ecclesię aut aliarũ quarumuis vsus applicare valente, præfati economi sint administratores, & earum fructus in vtilitatem domorum & fratrum possint manentibus dictis possessionibus, conuertere, prout superius fuit dictum cum consilio & assensu fratrum, ac etiam quotiens a fratribus essent requisiti eas commutare, locare ad tempus, vel in perpetuum: prout faciunt monasteria proprium in communi habentia possint & valeant. Similiter quando eisdem fratribus videretur, prout expresse Martinus quartus & quintus, & Sixtus quartus concedunt, vendere & alienare, & dictum preciũ cum fratrum consilio in vsus licitos exponere & conuertere, præsertim vt ait Sixtus quartus in fabricam & restaurationem structurarum, nec non manutentionem

tionem studij sacræ Theologiæ, & studentiũ in ea sustentatione. Et hoc auctoritate generalis ministri aut prouincialis accendente. *g* Dicti ergo œconomi etiã a fratribus requisiti nequeant bona immobilia locare aut permutare, aut aliquo modo alienare absque consilio & assensu generalis aut prouincialis ministri. Et quia illorum bonorum nullum ius habent fratres, sed pontifex vt prędictum est, iccirco cum summi pontifices cõcedant eiusmodi bona posse vt præfertur vendi & alienari, non est opus ipsis procuratoribus alia licentia sedis Apostolicæ; neque astringuntur constitutione Pauli secundi dummodo adsit ministrorum licentia. Similiter quando vellent ea permutare, aut quouis modo locare. *h* Ex dictis manifeste colligitur, quòd tota religio minorum est tantæ paupertatis, quante vnusquisque Fratrum Minorum, & nihil potest possidere tanquã proprium. Alij ergo religiosi dicere possunt. Hoc nostrum est, non autem meum. Minores vero nec nostrum nec meum. *i* Si tamen nostrum dixerint, intelligitur ad vsum nostrum, & si meum, ad vsum meum referatur. Tutius tamen ad nostrum quã ad meum vsum dicitur. *k* Statuit deinde generale capitulum: quod si prædicti œconomi, & operarij negligentes in exigendo, conseruando, & ad ministrando fuerint, vel suspecti & infideles, nec de alijs diligentioribus ac tutioribus commode suppleri posset, de consensu protectoris ordinis, & auctoritate. S. D. N. Alexandri sexti poterit addi alius procurator qui sit frater ordinis vir probus, qui cum procuratoribus in solidum possit administrare & fideliter bona pontificis & Ecclesiæ Romanę, & ea vt fratribus videbitur in vsus fratrũ cõiter & priuatim dispẽsare. *l* Quamuis enim fratres non possint stare in iudicio, etiam nomine alterius, neque vendere, neq; emere, neque donare, neque permutare, neque aliũ contractum facere, in quo aliquid iuris transfer-

Venditio aut commutatio sine prælatorum licentia non fiat.

Contra quæ rẽtes auctoritatẽ alienandi semper.

Paupertas maxima minorum.

Quomodo fratres possunt dicere meũ & tuũ & quomodo non.

Mutẽtur œconomi si videbitur.

Addatur procurator ordinis frater.

Non possunt vendere fratres auctori

tur

tur à fratribus, vel quæratur ab eis, vt declarant quat tuor magistri; Tamen possunt pontificis auctoritate, & nomine omnia supradicta cum serenitate conscientiæ facere. Non enim transferunt ius aut acquirunt fratribus, sed ipsi pontifici & Romanæ Ecclesię. Vnde talis frater non formaliter, ratione, quia frater est, tali officio fungitur: sed materialiter, quia ratione nominis Romanæ Ecclesiæ talia exequitur. *m* Ordinatur quoque vt prędicti procuratores & sindici in tali administratione vltra triennium sine licentia generalis ministri non possint permanere. Transacto autem anno possint iterum eligi & restitui sicut expedire videbitur. Neque eiusmodi economi vt patuit ex literis apostolicis, a principibus aut cõmunitatibus possint institui, sed solũ præsentari. Vnde verba Martini quarti sunt hæc. Statuimus, & ordinamus illud inconcusse tenendum, quod felicis recordationis Nicolaus tertius declarauit in sua decretali vsque ad .§. verum. & expresse continetur in regula. *Et quod quilibet conuentus habeat suum procuratorem. Ex dictis duo notanda inferuntur.* Vnũ est, quòd cum tam bonorum mobilium quã immobilium, quæ sunt ad vsum fratrum Minorum omne ius pertineat ad Romanam Ecclesiam. *n* Iccirco ipsa bona gaudent immunitatibus quibus & bona Romanę Ecclesię. *o* Alterum est, illos iconomos non esse officiales fratrum proprie, sed summi pontificis & Romanæ Ecclesiæ. Et in priuilegijs ac exemptionibus aliisque immunitatib' esse pares officialibus dictę Romanæ Ecclesiæ. *p* Infertur etiam nullo iure fratribus prohibitum, imo esse officium boni viri, bona Ecclesiæ Romanæ inquantũ sua patitur professio acquirere, procurare, ampliare, quorum distributio cum ad personam Roman. pontific. pertineat (cui est data potestas in terra, & aliquando in cœlo) aliquo modo poterit ipse pontifex necessaria ex ipsis redditibus fra-

tate sua, sed auctoritate Pontifi.

Vltra triennium nõ maneant sindici.

Bona fratrũ gaudeãt immunitatibus quibus et bona ecclesiæ.

Sindici sunt officiales põtificis.

Possunt fratres bona acquirere.

tribus subministrare pietatis intuitu pro victu & vesti mentis, & pro subuentione ægrotantium, & quo ad reparationem ędificiorum, & quo ad sapientiæ studium, & aliorum eiusmodi. q Et quia pontifex hos annuos prouentus cum libuerit potest retrahere, & si ne aliqua causa alijs condonare : ob eiusmodi annuos prouentus, fratres non viuunt contra puritatem Regulæ, cum non sint dicendi prouentus annui, quoniam pro libito ius habentis possunt auferri. Hoc clarum videtur. Tamen ex dispensatione vel declaratione. S. D.N. Alexandri sexti saltem quousque res ista melius consultabitur ab his qui aliter fieri non posse existimant, omnes defectus siqui sunt qui ad scrupulum conscientiæ facerent suppleantur, ne tanta pereat multitudo. Quemadmodum multis vltramontanis prouincijs, vt sunt Franciæ, Argentinæ, & alijs nuper concessit plene in hac materia. Si qui tamen fratrum in huiusmodi rebus se ius vllum habere crederent, veri Regulę obseruatores non essent. r Et si aliqui nollent eiusmodi prouentus suscipere, caueāt ne maledictis suscipientes lacerent. Quia & ipsi quando ex mendicitate assidua victitare nequeunt, in horreum congregant, & cellas vinarias latas & amplas ædificant. Et certo excrescente numero fratrum tot congregationibus distincto, & inter se quodammodo dissidentibus. Nam post conuentus qui in primordio Religionis fuerunt instituti superuenerunt fratres de familia, post illos Clarini, & nuper fratres beati Amadei, & multi alij in diuersis mundi partibus. Tot igitur conuentibus & locis multiplicatis, difficile & quasi impossibile est tantā multitudinem etiam si priscus ille feruor inesset omnibus, minutis elemosynis, & quotidie mendicatis viuere, & maxime conuentualibus, qui studio sacrarum litterarum dediti nequeunt assidue hostia & domos fidelium petendo infestare. Qui ergo soli orationi, & non studio, ele

Annuā pro uētus nō tollunt puritatem regulæ.

Congregationi & anno næ non est prohibita.

mosyna

mõsynarum continuo quęstui studeant: quia non indigent procuratoribus neque illis prouentibus (qui dicuntur annui) ſ Ob id tamen non damnent illos qui studijs vacantes illis egent. Temerarium enim est, id quod ex certa scientia summi pontifices declarant & determinant velle, certis argutijs, & captiosis rationibus confundere, & de seruo alieno iudicare: qui in sua vocatione & non alia semper permanere intendit. t Ordinat insuper totum generale capitulum (prout etiam Sixtus instituit,) vt pro necessitate immi nente, vel communitatis, vel alicuius priuatę personæ possit & debeat auctoritate Apostolica annuente, & concedente in singulis locis & conuentibus teneri vnus fidelis secularis aut oblatus seu hæremita, aut tertij ordinis frater, ac etiam plures si oportuerit, qui communes ac priuatas elemosynas fratrum in vsus quotidianos deputatos secundum consuetudinem cõuentuum cum consensu guardiani expendere possint, ne fratres ipsi cogantur pro qualibet parua re vagari, & claustrũ ac studium sępius deserere. Quibus guardianus de victu & reliquis prouideat de communibus elemosynis conuentus. Et in casu quo tales non possent commode inueniri, vel conuentus non possent eorum tollerare expensas: tunc ne fratres crimen proprietatis incurrãt, eadem supradicta auctoritate Apostolica annuente, ille idem nostri ordinis frater, qui procuratoribus procurator iunctus est tali fungatur officio. u Iuxta etiam Benedicti duodecimi instituta mandatur, quòd si quicquam ad vsum alicuius fratris semel vel ad vitam legatum fuerit, quã citius potest sub pena proprietarij ministro vel custodi denunciare teneatur. Et si frater ille dicta elemosyna non indiguerit, superiores eam vsui communi fratrum applicent. x Pręterea secundum constitutiones antiquas ordinatur, quòd in omnibus locis & conuentibus fiãt inuentaria de communibus bonis communi vsui fratrum

Contemplantes studio vacantibus non detrahant.

Sit vnus in omnibus locis nõ or. pro necessitate fratrum tenendus.

Legatũ fratribus denũcietur prælato.

Sint inuentaria vbique.

trum deputatis, tam ſacriſtiæ quã librorum,& de pertinentibus ad infermariam & alias officinas ſingulis annis. Fiantque cathaſtica in membranis de poſſeſſionibus & alijs redditibus annuis quibuſcũque: & fiant in forma autentica. *y* Regiſtrentur etiam teſtamenta & ſcripturæ de dictis bonis: & teneantur ſub optima cura per procuratores & ſindicos tanquam de bonis Eccleſiæ Romanæ conuẽtui vel loco conceſſis. Et omnia hęc regiſtra(vt etiam alias ſtatutum fuit per cuſtodem bis in anno in principio & in fine videantur. *a* Aliter cuſtos voce actiua & paſſiua per duos annos ſit priuatus & veſtimento. Et miniſter in ſua viſitatione eius defectum ſuppleat. quòd ſi negligentia guardiani cuſtos ea non adimpleuerit, ipſo facto guardianus ſit ab officio priuatus: ad quòd per biennium reſtitui non poſſit. *b* Pari modo ſecundum generales conſtitutiones ordinatur, quòd nullus frater ſub pena proprietarij audeat deponere aliquas res ſuo vel alterius vſui deputatas extra conuentum in quo manet, vel ad alium locum transferre ſine licentia prelatorum vel fratrum conuentus. Neque licentia ſibi concedatur, niſi regiſtrum procuratori vel prælato dimiſerit. *c* Similiter nullus audeat contrahere debita ſub eadem pena, vel aliquid in pignus dare. Neque guardianus in cauſa conuentus, & multo minus in alijs cauſis poſſit in pignus dare aliquã rem cõuentus: ſine ſcitu & aſſenſu ſanioris partis(ſicut ſupra patuit) ſub pena priuationis officij ſui: & nihilominus ſit irritum & inane quòd fecit. *d* Præterea nullus frater libros vel quaſcũque res emat vt charius vẽdat. Si contrarium fecerit, illarum rerum vſu priuetur. *e* Preterea non vtantur vaſis aureis vel argenteis neque inſtrumẽtis aliquibus argento fulcitis, neque quibuſcunque iocalibus precioſis. Et qui contrariũ fecerit, talibus priuetur, & eorum precium communi vſui applicetur. Ordinat inſuper, & præcipit eadem

Fiant regiſtra bis in anno.

Pena cuſtodum non facientium regiſtra.

Non deponãtur bona fratrum apud ſeculares.

Non portentur de loco ad locum ſine licentia prælatorum.

Guardianus non poteſt pignorare.

Non ematur vt charius vendatur.

Prohibetur vſus vaſorũ argẽteorum.

eadem auctoritate Apostolica annuente & declarante omnibus ministris, custodibus, & guardianis, & procuratoribus, vt seruetur modus quem in sacro Asciſij conuentu ſummi pontifices ordinauerunt. *f* Et veluti ſępius alias in capitulis generalibus fuit cō ſtitutum, vt omnes videlicet elemoſynæ pecuniariæ, & precium vndecunque peruenerint, in ſacrario conuentus in loco tuto duabus vel tribus clauibus obſerrato reponātur. claues autē diuerſis conſignentur. *g* Ibique ſit liber deſignans tempus & quātitatē immiſſę pecuniæ & extractę. Et fiat diſpenſatio ſecundum expenſarum & debitorum oportunitatem. *h* Idem modus quo ad claues horreorum ac cereorum, & aliarū rerum conuentus teneatur. Et hoc ſub pena quæ ſacrilegium perpetrandi daretur. Et ſiqua in hoc vel in fratre procuratore ſuperius poſito, aut aliquo alio in his ſtatutis relaxatio, vel potius antiquarum conſtitutionum modificatio facta eſſet quæ non eſſet puritati regulæ conſona (quod tamen non creditur) prædictam modificationem generale capitulū eouſque durare intēdit, quouſque aliud per generale capitulum & ſedem apoſtolicā fuerit determinatum, vel quouſque vniuerſalis reformatio ordinis vel vnio apparebit. *i* Difficile enim & apud homines quaſi impoſſibile videtur, expurgare vetus tantæ multitudinis fermentū, & recidere inueteratos mores vno impetu, multiſque ac duriſſimis legibus ſubito quaſi obruere, ſi multorum ſaluti conſulendum ſit. ſic enim terrentur animi ac deſperāt, & non reſipiſcūt. Malleo franguntur marmora, ſtilo vero & celte paulatim poliuntur, vt figura vel aliquid tale in eo imprimi facile poſſit. Sanius & cōſultius eſt in his quę a iure poſitiuo ortum habent benignioribus regulæ interpretationibus tollerare, & quando opus eſſet diſpēſare, quā tot millia fratrū (qui forſan aliter quam faciant ſe noluiſſe non intendunt) perditioni manifeſtę exponere, &

Elemoſinæ in ſacrario reponantur.

De libro rationum conuentus.

De clauibus horreorum.

Reformatio eſt paulatim inducenda.

animos

animos eorum odiosis ac arctis constitutionibus exasperare, præsertim cum id iudicio omniũ videatur impossibile, non quia fieri absolute nequeat, sed quia inspecta natura hominum iam corrupta malis dispositionibus nunquam fieret vel cum ingenti difficultate ac prælatorum periculo fieret. *k* Decernitque Generale Capitulum iuxta Generales constitutiones vnumquẽque fratrem tunc sibi cõuentum vel locum appropriasse, quando mandato prælati sibi noto & intimato, non curat quam primum potest inde discedere, sed procurat via seculari illud mandatum impediri. Quod quidem multo magis de illis est intelligẽdum, qui officia in contemptum prælatorum quocumque extraneo medio retinere conantur. Hos exilio deprimẽdos in alijs locis decreuimus. *l* Insuper statuitur, vt nullius de cętero possit esse Custos vel Guardianus continue vltra biennium, & debet quiescere per annum antequam eligatur ibi. Similiter & ministri prouinciarum suo triennio sint contẽti, nisi pro sua probitate prouincia vel generalis illum potius ministrare exposceret. Quod ipsi generali ministro in capitulo generali melius & sanctius visum est. Et quicumque supradictorum vltra illum terminũ in officijs permanere procuraret alia via quam religionis, ipso facto sit inhabilis ad huiusmodi officia, neque possit nisi in generali capitulo ad illa restitui, & tamen puniatur vt proprietarij. *m* Ordinatũ quoque & statutum est in eodem capitulo, vt si quando in notabilioribus conuentibus magistri & patres digni pauci essent, vel forte nulli; Tunc generalis minister in eiusmodi conuentibus aliquos magistros eruditos & patres probos vndecumque fuerint, poterit & debeat incorporare pro dignitate & honore taliũ conuentuũ. Nulla vero alias fratrũ incorporatio vel excorporatio fiat sine consensu capituli prouincialis, prout in generalibus constitutionibus Paduę ordinatis quarto & octuagesimo supra trecentos & mille salutis nostræ

De proprietate conuentuum.

Pena appropriantium sibi conuentũ.

Minister post trienniũ non quærat manere medio secularium.

De incorporatione fratrum.

ſtræ annos continetur. Generalis tamen miniſter id facere poterit etiam ſine prouinciali capitulo quotiens ſibi rationabili cauſa expedire videbitur. *n* Præterea ſecundum eadem Patauina inſtituta mãdatur, vt in cameris prælatorum officio deputatis Generalis videlicet & prouincialium miniſtrorum & aliorũ officialiũ, nullus frater non officialis ſine ipſorum prælatorum licentia & aſſenſu habitare poſſit vltra tres dies. Prælati quoque nulli ex patribus tales ad vſum concedant cameras, neque in aliquorum patrum aut aliorum cameris habitent, ne forſan cum viſitant, iuſtiæ rigori derogetur. Quomodo enim eos fratres corrigere poterunt in quorum domicilijs habitant & hoſpitantur. Locus iudicis liber eſſe debet, vt omnes ſine reſpectu poſſint ad eum accedere, & quæ oportet abſque teſte referre. Idem patebit in viij. cap. inferius. Præterea ſecundum Cõ. Bũ. xij. nullus habeat cameras a dormitorio communi ſeparatas, præter Generalẽ & prouinciales miniſtros. Poſſunt tamen ipſi magiſtris *vel patribus antiquis concedere* cameras ſic ſeparatas, *vt in eis aliquãdo comedere valeãt ſi videbitur.* Miniſtri etiam *circa abuſum appropriationis* conuentuum vel locorum dum viſitant diligenter inquirant. Nullus etiam de cætero ſine generalis miniſtri licẽtia poſſit notabiles cameras applicare. Præualeat tamen reſpectus maioris antiquitatis ac dignitatis, & nõ fiãt litteræ ſucceſſionis per mortem, niſi quid graue meritorũ illud ſuaderet. *p* Nullus quoque poſſit eſſe guardianus aut cuſtos niſi fuerit doctor aut bachalarius theologiæ, aut qui triennio dederit operam ſtudio litterarum, perſeueraturus in eo, aut fuerit prędicator dignus, ad quorum ætatem non reſpicitur, ſed ad virtutes, aut ſi fuerit frater probus, ætate ſaltem triginta annorum. *q* Nullus eodem modo ſit pater alicuius conuentus, niſi fuerit vir grauis, ętate ſaltem trigintaquinque annorum. Et qui ſine gradu exiſtens fuiſſet factus

De cameris prælatorum.

Non ſint cameræ a dormitorio ſeparatæ.

Quis poteſt eſſe prælatus

Etas patrũ.

pater

pater ante illud tempus, remaneat quidem de consilio si ministris videbitur, sed non gaudeat priuilegijs patrum nisi accedente ętate. r Ordinatur insuper vt nullus possit simul habere duo officia notabilia, quia vnius intensio est alterius remissio, & econtra. Nullus itaq; pōt esse minister & procurator ordinis simul, aut socius, aut scriptor. Et illico vt ad aliquod illorū fuerit promotus, aliud expirasse intelligatur. In quo neq; Generalis sine consensu expresso ipsius capituli generalis, & causa speciali vrgente dispensare valebit. s Eodē modo ordinatur, vt nullus officium inquisitionis continuæ habeat, sed solum per biennium. Et ipsius institutio ad ministrum spectat in capitulo prouinciali, similiter & destitutio, non ligando manus ipsius Generalis. t Ipsi quoque inquisitores in capitulis prouincialibus sicut & ministri teneantur semper suo officio renunciare per seipsos, si præsentes sunt, aut per litteras si absentes. u Nullus quoque potest ad officiū inquisitionis eligi, nisi fuerit quadraginta annorum secundum summorum pontificum statuta in bulla de inquisitoribus. hoc autem modo modificari poterit auctoritate. S. D. N. vt etiam ante illam ætatem possit eligi vir in scientia præclarus & gradatus. Possunt quoque inquisitores mitti pro discretis ad generale & prouinciale capitulum. y Præterea quia superius ordinatū est vt fratres in communi viuant & communibus elemosynis, Iccirco ratio exigit, vt etiam quę ipsis spiritualiter offeruntur, ad vsum conuertantur cōem. y Præcipiturque vt candelę quæ in exequiis defunctorum aut alio modo fratribus obueniunt, similiter & quotidianę elemosynæ a procuratore conuentus recipiantur: & pro communi fratrum vsu conseruentur, & secundum præsidentium voluntatem, ac discretorū consilium exponantur. Et qui secus fecerint tanquā proprietarij puniantur. a Elemosynę autem quę ratione prædicationis, lectionis, aut confessionis aut

Nullus habeat duo officia.

De inquisitoris officio.

Inquisitores renunciēt. inquisitorū ætas.

Omnia sint in vsu cōmuni quæ inquisitoribus dantur.

De candelis in exequijs.

alio

alio quocunque laudabili exercitio fratribus conce-
duntur, aut etiam causa deuotionis personæ conferū
tur, pro necessitatibus ipsorum fratrum quibus con- *De acquisi-*
cesse sunt: & aliorum si opus fuerit, procurator cum *tis quilibet*
licentia superioris retineat. Quos vniuersum capitu *gaudeat.*
lum generale vna cum ipso generali ministro horta-
tur & obsecrat in domino, Vt ea quę ipsorum indigē
tijs superfuerint, alijs fratribus distribui patiantur:
nō obstante prælatorum benignitate ipsos ad id non
compellente: ne vnus esuriat, alius vero ebrius sit.
Et qui habet tunicam superfluam det vnam non habē
ti, & qui habet libros duplices eiusdem materię, per
mittat alterum illorum illis tribui, qui nec simplices
aut vnicos habent & habere indigent. Et omnium re
rum superfluitas & duplicitas euitetur. Quod quidē
non solum suadetur & præcipitur subditis & prælatis
inferioribus, Verumetiam ministris regentibus, le-
ctoribus, atque inquisitoribus, & alijs quocunque
nomine censeantur. *c* Si qui etiam fratrum auctori-
tate *Apostolica haberent beneficia & priuilegijs or-*
dinis gauderent seu gaudere vellēt, auctoritate Apo
stolica annuente declaratur, eos tunc solum priuile- *De beneficia-*
gijs & officijs ordinis fungi posse, qui sese prælatorū *tis.*
obedientiæ per omnia submiserint; & cum ea quę vl-
tra Eccleśię eis commissæ necessitatem & restauratio-
nem pro victu & vestimento licite obuenerint præla-
tis suis sicut & alias elemosynas reuelauerint, & in ma
nu procuratoris pro ipsorū ac aliorum fratrum neces-
sitatibus deposuerint quòd si secus feceriut, non mo-
do non exaltentur: sed vt proprietarij puniantur: vel
extra ordinem tamquam apostatæ (nisi de expresa ex
ceptione tangatur) permaneant: nullum consortium
cum fratribus habentes: nisi vt alij curati, qui non *De transmi-*
sunt de ordine nostro. *d* Ordinat quoque capitulum *gratione fra*
ipsum generale iuxta priscas generales sanctiones, vt *trum et eorū*
quando contingeret aliquem fratrem de Prouincia in *bonorum.*

prouinciam transferri, vel de loco ad locum, possint secum libri & alię elemosynæ suo vsui deputatæ transferri: vt quoad vixerit vtatur eis. Sed post mortem suam omnes eiusmodi res quas habebat, illius conuentus vtilitati applicētur a quo discessit: & ad prouinciā natiuam & conuentum redeant. *e* Conuentum autē natiuum dicimus vbi ad ordinem pro fratre illius conuentus scriptus fuerat, nisi forsan inde excorporatus, & alibi incorporatus de generalis ministri licentia foret, demptis his quæ in eius necessitatibus fuissent expensa, vel in pompa exequiarum consumpta. Et ad hoc fideliter faciendum minister in cuius Prouincia frater decesserit firmiter & sub graui pena pro arbitrio ministri generalis teneatur. Vtque hoc fidelius & expeditius fiat, frater ille qui transfertur relinquat inscriptis nomina & numerum librorum, & quantitatem elemosynarum apud ministrum prouinciæ ex qua transfertur, vel apud guardianum conuentus a quo discedit. *f* Quando vero fratres aliquem ad aliam religionem, aut fratrem conuentualem ad illos de familia, qui non viuunt sub obedientia ministrorum transire contingeret, ipso communi iure, & iuxta ordinationem capituli generalis Interamneñ. libri & elemosynæ illius vsui deputatę non debent cum eo transferri, sed in prouincia & conuentu cuius erat remaneant. *g* Neque ei aliter licentia concedatur recedendi, quòd si recesserint repetantur fratres cum bonis simul; quia tales semper sunt veluti fures & fugitiui: & priuilegio fugitiui acceptari nō possunt. Et vt tales cum rebus dictis a fratribus de familia recipi nō debeant: interponenda est. S. D. N. inhibitio. *h* Quotiens deinde frater de vna prouincia in aliam prouinciam sub obedientia ministrorum translatus fuerit, ibique manendo libros & vsum elemosynarū adeptus fuerit, deinde diem clauserit extremum; Tunc videndum est an dicti libri & elemosynę sibi intuitu p

Quis sit natiuus conuentus.

Quibus conuentibus bona fratrum transmigrātium remanere debent. Fugitiui acceptari non possunt.

sonę

sonę, aut intuitu officij conuentus vel loci contributę sint. Si ratione personæ tantum, tunc post obitum restituantur conuentui vel loco priori natiuo, vel cui incorporatus fuisset. Si ratione officij aut loci in quo manebat, remaneant apud locum cuius gratia exhibita fuerunt. Et si non apparet cuius gratia data sunt, præsumantur bona esse conuentus natiui, vel illius vbi ad ordinem pro illo conuentu fuerat receptus. Possit tamen generalis minister vel generale capitulū iudicare, ac secundum exigentiam & inopiam conuentuum distribuere. Et in omni obitu nihil vnquam fratres apud quos tales elemosynæ registratæ seruantur sub graui pena sine ministri disponere audeant licentia. Si quoque ibi non decesserit, seruetur supradicta constitutio. Et quia distinctorum locorum distincti sunt vsus iccirco fratres omnes per conuentus distingui oportet. Et ea de re hic de hoc, & ille de illo nuncupatur conuentu. Eaque de re fiunt interdum incorporationes & excorporationes. Quotiens autem quis in pluribus conuentibus esset incorporatus (quod semp solet fieri successiue) res quibus ipse vtebatur ante posteriorem incorporationem, post obitum eius priori conuentui restituantur. quibus vero postmodum posteriori, & ita deinceps, si fuerit pluribus quam duobus locis incorporatus. Fratresque sic totiens incorporati scribāt articulatim omnia ipsorum vsui successiue acquisita. quòd si in vno incorporati de alio excorporentur, totus vsus ad illum locum deuoluitur, in quo quis incorporatur. Cum fratres scripto aut verbo res ipsorum vsui deputatas in morte denunciāt non sunt dicendi se expropriasse: quia hoc supponit in sic dicente proprietatem & peccatum graue, sed potius sunt dicendi res consignasse; & ipsarum vsui cessisse. i Item non possint dehinc fratres pro quocū que delicto fratrem aliquē excorperare sine ministri

Ad quem cō uentum bona fratrum deuoluūtur.

Excorpratio sine licentia non fiat.

in scriptis licentia, nec seruitores & famulos domus sine discretorum consilio de facto eijcere.

Secundus articulus sexti capituli de eleemosyna petenda.

CIrca hunc secundum articulum, vbi dicitur: Et vadant pro eleemosyna confidenter. ordinatur iuxta priscas generales cõstitutiones, ac etiam iuxta Martini quinti instituta: quòd omnes fratres vadant pro eleemosyna secundum discretionem prælati præcipientis. Et in prælatorum reponitur arbitrio, qui sunt mittendi, & qui non. *k* Mandatur tamen præsenti constitutione ipsis præsidentibus, vt omnes fratres in petenda eleemosyna exerceant, præsertim iuuenes, & nouiter ad ordinem venientes, ne determinatum eleemosynarium conducant, vbi fieri potest, ne cũ ad prouectiorem peruenerint ætatem, eos pudeat mendicare, & cogantur aliunde, quam fas sit, sustentari, & ex prouentibus uiuere, ac etiam dicere, sicut hodie plerique faciunt, malle se potius fame perire, quam ad eleemosynam petendam cum pera transmitti. Vnde euenit, vt multi conuentus in honestate, & vtilitate non permaneant. Iccirco in regula dicitur: Nec oportet eos verecundari, quia, dominus pro nobis se fecit pauperem in hoc mundo. Qui igitur ex redditibus viuunt: cum ex mendicitate degere possent, regulæ puritatem offendunt. *l* Et frater petens eleemosynam, nunquam sine eleemosyna discedit. Si enim ille, a quo petit, id quod petebatur largitus fuerit, cum eleemosyna reuertitur, si non largitur pro verecundia, & humilitate meretur, & indulgentiam quadraginta dierum ex quorundam pontificum concessione reportat, quam a S. D. nostro cõfirmari postulat ipsum capitulum generale. *m* Sixtus autem quartus in suo Mare magno cõcedit, vt etiã

Exerceãtur iuuenes in eleemosyna petenda.

Quid lucratur frater elemosynam petens.

ab

ab excommunicatis eleemosynam petere & recipere possint, sic dicens: Vobis concedimus, vt in excommunicatorum terris liberè commorari, & ab eis tunc, & etiam quando per ipsas vos transire contigerit, necessaria vite deposcere ac recipere valeatis. n Ordinat præterea ipsum generale capitulum, iuxta Benedicti duodecimi statuta, quòd in quolibet conuentu sit deinceps vnus liber, in quo scribantur fideliter nomina & cognomina benefactorum, & eleemosynę fratribus pro viuis, & defunctis impensæ. Et eiusmodi nomina benefactorum, ac cognomina, & beneficia seu eleemosynę eorum infra hebdomadam in capitulo fratribus recitentur, & suffragia ibidem fiant pro ipsis benefactoribus, & orationes & missæ ibidem fratribus imponantur, secundum quòd guardiano, vel eius vicario videbitur. Nomina etiam illorum, & cognomina, qui loca ipsorum fratrum in toto, vel in parte fundauerunt, vel fratribus ædificia construxerunt, vel eis notabilia donaria sunt largiti. Ipsaque eorum beneficia quolibet anno in capitulo recitentur, & pro eorum animabus in speciali oretur.

Etiam ab excomunicato eleemosyna petitur.

Scribantur nomina benefactorum ordi.

Notentur nomina qui ædificia ordini fecerunt.

Nomina prælatorum in quolibet capitulo recitẽtur.

Tertius arti. sexti capituli de infirmis.

QVo ad tertium articulum, vbi dicitur: Et si quis eorum in infirmitatem ceciderit &c. o Ordinat generale capitulum iuxta generales, & Martini quinti constitutiones, & mãdat ministris, custodibus, & guardianis, ac eorũ vicarijs, quòd fratribus infirmis de cõmunibus eleemosynis secundum eorum indigentiam prouideatur, sicut & alijs fratribus obligantur prouidere de victu, & vestimento. Propterea secũdum quasdam generales constitutiones ordinatur, vt prædicatores, lectores, procuratores, quęstores sollicitè intẽdãt pietantijs, & procurẽt pro infirmis loco, & tempore, vt

Infirmis prouidendum est de communibus eleemosynis.

Fiat procuratio pro infirmis.

facul-

facultas dabitur. Et ea quæ inuenerint, fideliter assignentur guardianis, ac infirmorum curam gerentibus. Qui vero aliquid de illis defraudasse reperirentur, officio, quo funguntur, & actibus legitimis sint priuati.

Qualis debet esse infirmarius.

p Præterea deputetur diligens infirmarius, viribus validus, & charitate feruens, maxime qui aliquando, vel sæpius & ipse infirmus fuerit, sic enim sciet condolere infirmis, & eis obsequia conuenientia administrare. Qui infirmarius, vt addit Sixtus quartus, præsidentibus intimet, si quid fratri infirmo deesse videret. q

De infirmorum subuentione.

Qui præsidentes omnino teneantur subuenire, & eorũ necessitatibus prouidere. Ipse vero infirmus libros, & alias eleemosynas in manibus prælati coram infirmario, & testibus, dum adhuc bene validus est resignet, & omnia fideliter conscribantur, quæ resignauerit. r

Inducat infirmarius infirmos ad sacrorum perceptionem.

Denique infimarius obligatur inducere ipsum infirmum ad deuotam sacramentorum perceptionem. Et si (quod absit) aliquis proprietarius, aut obstinatus aut induratus absque sacramẽtis moreretur, in sterquilinio, & asinina sepultura sepeliatur. *s* Ordinat dein de idem capitulum, vt quilibet conuentus, vel saltem quælibet custodia habeat locum, in quo sint aliquę mãsiones deputatæ pro fratribus infirmis, ac etiam hospitibus, in quibus sint molliora, & splendidiora supellectilia. Neq; in illis possint habitare assiduè alij fratres neque earum cuipiam applicari, & si quæ fuissent occupatæ, per ministros restitui cogãtur. *t* Mandatur quo

Quibus cibis debent vesci infirmi.

que iuxta generalia statuta, quòd infirmi quicunque, tam subditi, quam prælati nõ cogãtur ad cibos cõmunes, neque ad locum communem, hoc est refectorium accedere, quousque sint perfectæ sanitati restituti, nisi in fraudem se infirmos simularent. Insuper mãdatur,

Præficiatur vnus ex discretis infirmariæ.

quòd in omnibus magnis conuentibus instituatur super infirmariam vnus de discretis patribus, qui habeat curam bonorum infirmariæ. Neque talem curam, sub pena excommunicationis latæ sententiæ, nisi per

bien-

biēniū ad plus habere possit, si fuerit solennis infirmariæ locus. x Et inuentarium autenticum de omnibus ad infirmariam spectantibus habere teneatur, & suo successori consignare. Rationem præterea suæ administrationis quater in anno reddere teneatur, & loca, officinas, & supellectilia purgari facere. Alioquin ministri de diligentiore prouideant, cum destitutorum rubore, & ignominia. y Si autem guardiani circa infirmorum curam, & hospitalitatem fuerint negligentes, vt negare, & tergiuersari talem impietatem non possint suis officijs absque remissione priuentur. Quæ negligētia a cæteris potissimum cognoscetur. Si guardiani, aut eorū vicarij infirmos visitare, & suis verbis, pollicitationibus, & hilari p̄sentia dissimulent consolari. Ad quam crebram visitationem teneantur omnes alij, etiam ministri, & custodes ibi cōmorantes, nisi pestilentes fuerint, quibus sine aliorum infectione prouideatur. Præterea mandatur, vt visitatores ordinis in omni prouincia circa infirmorum subuentionem solicitè inquirant, & in capitulo omnes defectus referant, ne talis obmissio, aut crudelitas abeat impunita. Item omnes, qui post receptam obedientiam in via in languorem ceciderint, illis prouideatur, ac si in eodē conuentu locati fuissent.

Notentur bona infirmarię.

De infirmarię rebus ratio fideliter reddatur

Visitentur infirmi.

De pœnitentia fratribus peccantibus imponenda Cap. Septimum.

SI qui frūm instigāte inimico, mortaliter peccauerint, p illis peccatis, de quibus ordinatum fuerit inter frēs, vt recurrāt ad solos ministros prouinciales, teneātur prædicti frēs ad eos recurrere quàm citius poterūt sine mora. Ipsi vero ministri,

si præsbyteri sunt, cũ misericordia iniungãt illis pęnitentiam. Si vero præsbyteri non sunt, iniungi faciant per alios sacerdotes ordinis, sicut eis secundum Deum melius videbitur expedire. Et cauere debent ne irascantur, & conturbentur p pter peccatũ alicuius: quia ira, & cõturbatio in se, & in alijs impediunt charitatem.

Casus reseruati prelatis a
Inobedietia contumacis
Lapsus carnis.
peccatum cũ scandalo.
fraudatio bonorum cõuẽtus.
Proprietas.
Furtum rei notabilis.
Iniectio manuum viol.
Falsum testimonium in iud.
Compositio libelli famosi
apperitio litterarũ Prælatorum, & earum, quæ ad ipsos &c.
Falsa criminatio in alterius infamiam.

CIrca hoc septimum regulæ capitulum, generalis minister cum toto capitulo generali ordinat iuxta priscas generales atque Martini quinti sanctiones: vt nullus frater ministro prouinciali inferior nisi a generali, vel a prouinciali ministro fuerit sibi specialiter concessum, possit aliquem fratrem absolue re ab infrascriptis, videlicet: a peccato inobedientiæ contumacis: a lapsu carnis, a peccato propter quod scandalum ortum est: a defraudatione bonorum conuentus: a proprietate, & rerum detentione: a furto rei notabilis. ab iniectione manuũ violenta: falso testimonio in iudicio facto à cõpositione, vel procuratione, seu publicatione libelli famosi: falsificatione sigilli cuiuscunque personæ notabilis: ab aperitione litterarum prælatorum, quas ipsi mittunt, vel quę eis mittũtur: a falsa criminatione in infamiam cuiuscunque ab alijs quibuscunque, quæ in his constitutio nil seruata sunt. Si quis autem contrarium attenuerit: ipso facto actibus legitimis sit priuatus. Et si legitimè fuerit conuictus; carceri mancipetur. *b* Iuxta etiam priuilegia Innocentij; Alexandri, Bonifacij, Octaui & Clemẽtis quinti, & aliorũ pontificũ ad ministros spectat ab excommunicatione maiori ab soluere, & in irregularitatibus dispensare, non solum quoad fratres professos, sed quo ad intrare volentes religionem, nisi excessus esset adeo enormis, propter

quem

quem ſedes Apoſtolica eſſet conſulenda. *e* Sixtus ad dit hoc modo: Qui ſint deſtinandi meritò ad ſedem Apoſtolicam, ſolet reuocari in dubium. Declaramus hereticos relapſos: ſciſmaticos: & qui litteras Apoſtolicas falſificaſſent: aut ad infideles prohibita detuliſſent dumtaxat eſſe ad ſedem Apoſtolicam meritò deſtinandos. Reliquis vero omnibus, etiam ſymoniæ prauitate qualitercunque irretitis, poſſe per illos, quibus inibi conceditur, diſpenſationis, & abſolutionis beneficium, & gratiam iuxta caſuum exigentiam impartiri. *e* Et infra concedit eiſdem prælatis ſuperiùs nominatis auctoritatem diſpenſandi ſuper defectu natalium ex adulterio, ſacrilegio, inceſtu, & quouis alio nefario coitu prouenientē. Similites poſſunt diſpenſare omni irregularitate, ex quauis cauſa accedente: præterquam homicidij voluntarij: bigamię: & mutilationis membrorum. *f* Eodem modo Clemētis p̄dicti idē Sixtus aprobat priuilegiū, in quo generali, & p̄uincialibus miniſtris, & cuſtodib⁹ & vices miniſtrorū gerentibus facultas conceditur, vt a confeſſoribus ſuis, quos ipſi pro tempore ſibi elegerint, poſſint ab omnib⁹ abſolui, a quibus ipſi ſubditos ſuos abſoluere valent, & diſpenſari in illis irregularitatibus, in quibus & ipſi alios diſpenſare poſſunt. *g* Deinde ſecundum priuilegium Alexandri quarti a participatione cum excomunicatis maiori excomunicatione, cuſtodes, & guardiani, niſi eis per ſedem Apoſtolicam inhibitum eſſet, abſoluere poſſunt. *h* Pręterea prout in priſcis generalibus conſtitutionibus cauetur, prout etiam in mari magno continetur: nullus frater audeat confiteri alicui extra ordinem, eoque talis ignorantia ductus poſſet a reſeruatis abſoluere: ac etiam ne religioni ſcandalum inde oriri poſſit, niſi in caſu neceſſitatis fiat, vel cum pręlati licentia. *i* Pręterea ſecundum eaſdem ſanctiones ordinatur, vt nullus pręlatus miniſtro inferior poſſit impedire recur

Hæretici. Relapſi. Sciſmatici. Falſificantes litteras apoſtolicas. Deferentes prohibita ad infideles. Cui licet abſoluere de maiori excommunicatione & irregularitate. Qui ſunt ad ſedem apoſtolicā deſtinandi. Cui licet diſpenſare, & ſuper quibus Super defectu Nataliū. Generali Miniſter, cuſtos a quibus poſſunt abſolui a ſuis confeſſoribus. Cui licet abſoluere de participatione excōmunicatis maiori excōmunicatione Non eſt extra ordinem alicui confitēdum.

Nō impedia tur ad prælatos recursus.

sum ad prælatos pro casibus reseruatis: dummodo in fraudē discursus non fiant: imo debent eis id consulere, nisi in conuentu eodem aliquis esset qui tali auctorirate fungeretur. Nam regula dicit: Teneantur fratres ad eos recurrere, quam citius poterunt sine mora. *k* Committant tamen ministri, ad discursus tollēdos, dum visitant prouinciam, alicui graui, & maturo viro, si videbitur, auctoritatem absoluendi de casibus ipsis reseruatis. *l* Præterea secundum generalia instituta priscorum patrum ordinatur: quòd fratres pro absolutione ad ministros recurrentes benignè suscipiantur: & adhibito misericordiæ oleo, & vino seueritatis, & iustitię absoluantur, iuxta cordis humilitatē. *m* Propter tamen eiusmodi absolutionē non aufertur potestas idem peccatum publicè puniendi: si talis in foro iudiciali de illo conuictus fuisset. Si tamen ille frater propria conscientia motus, aut iudicij timore perterritus, antequam crimen eius fuerit delatum in publicum, illud prælato suo humiliter coram testibus confiteatur, & errorem suum agnoscēdo, veniam & misericordiam petat; Tunc Prælatus de consensu illorum testium possit dictum fratrem absoluere, & totaliter liberare. Immo & debeat, aliqua longe minus coufusibili pœnitentia iniuncta salutari. hoc autem intelligitur de primo recursu fratris non ad huc relapsi in idem peccatum post absolutionem. Quia eiusmodi remissione relapsus: præsertim sepius: non dignus. Semper tamen si sponte se accusat, antequam crimen eius sit delatum ab alijs, benignius puniatur. *n* Præterea iuxta Benedicti duodecimi sanctiones ordinatur: quòd generalis, & prouinciales ministri, & eorum vicarij, necnon & visitatores super confirmatione; promotione: vel prouisione ad officia ordinis: ac etiam super iudiciali correctione in foro publico grauium criminum, consilium decem probatorum, & discretorum virorum non partialium

Commitenda est alicui graui auctoritas absoluē dis reseruata

Prælati absoluendos benigne recipiāt.

Absolutio non tollit facultatem peccati publicè puniendi.

Consilium habeatur de graubus.

lium, sed Dei zelum habentium, requirere teneantur: vel quatuor ad minus vbi plures haberi non possunt. Et auditis eorum responsis, illud, quod maiori parti ipsorum consulentium videbitur, exequatur. Et si aliquando præsidenti consilium maioris partis suspectum videretur: tunc in alio conuentu solenni conuocabit totidem consultores, eisque exponet totum casum, personam non specificando, nisi oportunum esset, & expediens eam nominare. Et illud quod maiori parti consulentium videbitur, tunc exequatur quòd si eidem superiori iterum consilium horum videretur suspectum: tunc reseruet casum capitulo prouinciali, vel generali: vel recurrat ad superiorem, iuxta qualitatem, & magnitudinem negocij. o Præcipitur autem in virtute sanctæ obedientiæ dictis præsidentibus, & consulentibus: vt postpositis quorumcunque precibus, & fauoribus, inductionibus, & odijs ad id solum, quod secundum Deum, & secundum bonam conscientiam videbitur, sua consilia dirigant. p Nullus etiam præsidens consiliarijs illis vllo modo suam opinionem aperiat: nisi auditis prius eorum opinionibus, & consilijs. sed verbis simplicibus illud, de quo agendum fuerit, proponat. neque cõtra consultores ratione alicuius dandi, vel dati consilij turbationem, ante, aut post, aliquo modo ostendat. q Ipsis quoque consulentibus inhibetur: ne ad verba iniuriosa, superua, aut litigiosa se cõuertant, sub pœna priuationis actuum legitimorum: etiam consilij aut paternitatis, si in aliquo conuentu patres discreti fuerint. Nec releuari possint, nisi per capitulum prouinciale, vel per generalem ministrum: sed reuerenter, fideliter, & humiliter præstent consilium supquibus fuerit impendendum. r Præterea ordinatur: quòd si vt in capitulo octauo notabitur, postquã minister casus reseruatos alicui commisisset moreretur, aut ab officio absolueretur, prædicta commissio incon-

Recte iudicãdum & cõsulendum est.

De modo seruando in consultando aliquid graue.

In consulendo non fiant verba iniuriosa.

Auctoritati alicui da tẽmors dãtis non derogat.

cussa, & valida permaneat: quousque ministeri in prouincia habeatur. *f* Si quis denique ausu temerario dixerit quemlibet sacerdotem a prędictis legitime absoluere posse, neque ministros ea sibi reseruare valere: ille talis confessione audienda priuetur. Et si admonitus illud reuocare nollet: tanquam errans, & subuersor carceri mancipetur. Prętereà illud dogma, quo dicitur. Si frater secundum normam euangelicā fratrē occultè corripuerit, nō tenetur tale peccatū superiori, etiam per obedientiam requisitus, reuelare, pestiferum esse diffinitur: præsertim si frater correptus a peccato non destiterit: & est in præiudicium regularis disciplinę. Similiter dicere, & affirmare, q̄ socij in crimine non debēt, etiā requisiti a superiore, socios p̄dere: etiāsi a peccato nō desistāt, erroneū est: cū cadat in detrimētū religionis. Et hoc non vt de talibus, si secreta sint, prælati puniāt sed vt a periculis præcauere valeant. *t* Item iuxta generalia instituta mandatur quòd nullus frater alium de aliquo crimine coram prelato accuset, nisi per testes possit probare sufficienter, quod imposuit. Aliter accusans talem penā sustineat, qualem accusatus habere debuisset. Idem iudicium fiat illi, eademque pena plectatur ille qui improperat illi, qui fuit sufficienter correctus, nisi protestetur se non posse probare, tunc pro denunciante habeatur. *u* Præterea iuxta easdē priscas generales constitutiones ordinatur, vt nullo modo a prælatis accusantium nomina ipsis accusatis, vel alijs reuelētur, maxime accusantium ministrum. Et hoc semper fiat, nisi quando ipsi accusati causa defensionis petierint accusantium, vel testium sibi nomina reuelari. Accusati autem talia nomina scire non quærant, nisi in prædicto casu defensionis. Secus nulli liceat eorum nomina reuelare. Qui contrarium fecerit non possit absolui, nisi per generalem, aut prouincialem ministrum, imposita pęnitentia, quod infra sex menses quindecim diebus in

Dogma non tenendum.

Nullus aliquem accuset nisi possit probare.

Non reuelentur nomina accusantiū.

in pane,& aqua ieiunẽt. *x* Item si quis causam ciuilẽ, vel criminalem agitauerit contra aliquem,& in illum contumelias,& minas,vel alia verba inhonesta addiderit,vel econuerso,cadat a suo iure,& acriter puniatur. *y* Præterea secundum sanctiones prædictas statuitur, quòd si quis ex certa scientia peccatum sibi in confessione sacramentali detectum,siue absoluerit eum, siue non,verbo,signo, vel nutu reuelauerit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, & legitimè deprehensus perpetuo carceri iuxta noua ecclesiæ iura mancipetur. *a* Præterea nullus frater sub pæna carceris deferat nuncios aliquorum dominorum sæculariũ, vel nobilium ad aliquem locum, vel dominum. Similiter neque litteras alicuius momẽti, nisi prius suo guardiano intimauerit,qui consilio accersito proponat. Et si videbitur nullum discrimen ordini, aut præiudiciũ alicuius in eis contineri, aut scandalum, illas deferri permittat. Mandatur quoque fratribus districte,quòd nullus sub sigillo confessionis aliquid dicat, quod possit infamiam, aut dissensionẽ generare. *b* Nullus etiã sub sigillo cõfessionis aliquid recipiat, quod possit vergere in detrimentum ordinis, vel alicuius personę. Detrahentes namque, & detractoribus aures præbentes pari pena puniantur,maxime si in consuetudinem traxerint. *c* Præterea ab excõmunicatione quæ propter manuum iniectionem violentam incurritur,secundum priuilegia ordini concessa, poterat alias custos absoluere, & guardianus quando custodis præsentia infra diem naturalem haberi non possit, & vicarius guardiani,vel custodis, quando eorum præsentia infra triduũ haberi nequiret.Nunc autem generale capitulum non vult tales ampliùs posse absolui a custodibus, & guardianis,ac eorum vicarijs,nisi aliud ministro aut capitulo prouinciali videretur. Et hoc propter vilitatem personarum, quæ ad eiusmodi officia admittuntur. *d* Et quia valde excrescit licentia percutiẽdi inter fratres,

De modo seruando in loquẽdo in agẽdo causam ciuilem vel criminalem.

De sigillo cõfessionis.

Non sint nũcij dominorũ nec deferant nuncios.

Quod non dicatur aliquid sub sigillo cõfessionis: nec recipiatur generans scãdalum.

Absoluitur a custode excõmunicatus propter iniectionem manuũ violentam.

Restrictio p dictæ cõstitutionis.

Licet generali ministro ab

declara-

soluere, & dispensare super quibuscũque.

declarat generale capitulum ex constitutione Sixti in bulla, quæ aurea dicitur, ministrum generalem, dumtaxat, & eos, quibus ipse commiserit, habere facultatem super absolutione, & dispẽsatione fratrũ in quibuscũque casibus, exceptis illis, propter quos meritò ad sedem apostolicam essent destinandi. Qui autem sint illi superius ex mente Sixti in Mare magno declaratum fuit. *e* Nullus quoque minister prouincialis possit absoluere ab iniectione manuum violẽta in guardianum, & eo magis in maiores prælatos, nisi per generalem in scriptis sibi fuerit concessum. *f* Præterea iuxta Benedicti statuta ordinatur, quòd si excessus enormes occultos, per vnum solum denunciari contingat alicui superiori secretè contra aliquem fratrem, aliàs bonę famę, non recipiatur talis denunciatio ea intentione, vt propter eam ad inquisitionem iudicialem procedatur, nisi denuncians requisitus dicat se fore paratum, eaque dixit, prout ea denunciat, deponere, vt testis & in præsentia illius, contra quem denunciat, iurare sic esse. *g* Iuramẽto tũ cuiuscũq; nõ est adhibẽda fides, quia vplurimum maiores mendaces audacius iurant. Neque est registranda talis denunciatio in libris ordinis, nisi præfatus superior verisimiliter credat posse super denunciatis excessibus testes alios idoneos reperire. Super tamen huiusmodi denunciatione recepta per superiorem illius, cõtra quem facta est, in secreto monea tur, si prælati discretioni oportunũ videbitur. *h* Quotiens tamen quis deponit aliquid, quod per testes probare nequit, pęna talionis puniatur. Quando autem post denũciationem de criminibus secretis alius denunciator, seu testis idoneus sup hõmi secretis excesi busfuerit, possit prelatus vlterius procedere, si ei visum fuerit, & ab ipsis testibus corporale iuramẽtũ recipere, & informationẽ eiusmodi in registris seu libris ordinis registrare. *i* Tamẽ infra biennium, si frater absens foret, contra quem denunciatum est, debet, & tenetur illum vocare, & ea quæ contra eum fuerunt dela

De absolutione percutientium prelatos.

Quõ recipi debeat denũciatio excessus enormi occulti de viro alias bonę famæ.

Non omni iuranti est adhibenda fides.

Non probãs quod imponit, talionis pœna plectetur.

Fratri accusato absenti intimentur

ta, & dictam registrationem intimare, ac etiam infra dictum biēnium, quam citius commodè poterit, super prædictis iustitiam facere teneatur. quòd si infra præfatum biennium superior ipse reum non accersiuerit, & ea, quæ sunt dicta, non exposuerit, nil eorum, quę cō tra ipsum acta sunt, ei vlterius nocere poterūt. *k* Quā do plurium singularium personarum testimonia cōtra aliquem fratrem super excessibus eiusdem generis haberentur, ex quibus probabiliter suspectus redderetur tunc ad veritatis inquisitionem plenioré, si expediēs videbitur, per arctationem contra quem testimonia habent, procedat, & hoc secundum modum suspicionis, & qualitatem excessus, ac conditionem personæ. Et si crimen per inquisitionem huiusmodi non probet, ipseque, contra quem denunciatio facta est permaneat infamis, indicatur ei purgatio canonica, vel alio modo prouideatur ordinis honestati, & famæ illius. *l* Prętera nullus pena carceris puniatur, nisi pro manifesto, & enormi facinore, & excessu, iuxta quòd mādāt generalia statuta. *m* Enorme autem facinus dicitur, vel ex natura sui, vt lapsus carnis, contumax in obediē tia, perfidia, hęresis: vel ratione circumstantię, vt furtum rei notabilis, vel notoriè factum, aut quia frequē tius iteratum. *n* Declarátur autem quòd omnis, qui pęna carceris punitureo ipso actibus legitimis priuatus intelligatur. Et licet a carceribus liberetur, propter hoc non restituuntur ei actus legitimi, neque ad amissa restitutus intelligitur, nisi hoc beneficium ei expresse impendatur. De quo oportet eum habere fidem in scriptis, vel per testes. *o* Omnis quoque carceri mācipandus habitu ordinis spolietur, nisi solum pro custodia esset detentus, & non de crimine aliquo, & in exitu carceris absolutus. *p* Caueant tamen ministri, & alij prelati, ne magis infames, & criminosos releuēt, & minus tales aliqua passione moti acrius puniant. *q* Et si guardianus cupiens executioni mandare suprascri-

omnia cōtra eum acta.

Vis testium.

Crimen dignum carcere.

Quid sit enorme crimen.

Qui carcere punitur priuatur actibus legitimis

Carcerandus habitu priuatur.

Magis mali maiori pena puniri debēt

Incarceratus a guardiano non dimittatur sine licentia ministri generalis, uel prouincialis.

Non loquendum est cum incarcerato.

scriptas, aut infrascriptas constitutiones, fratrem aliquem carceri tradiderit, quocumque titulo id fecerit, non possit eum a carcere liberare, sine generalis, aut prouincialis licentia obtenta. *r* Præterea nullus frater non prælatus, sine licentia prælatorum possit loqui publicè, aut secretè cum aliquo incarcerato, neque ipsum in cõfessione audire, neque litteras aut commestibilia, aut quæuis alia transmittere, seu dare, neque ad ipsum educendum, aut liberandum per se vel per aliũ, etiam consanguineum, tractare audeat. Si autem per studium, industriam, malitiam, vel operam, vel aliã quãcumque viam, aut etiam negligentiam custodis carceris, vel alterius cuiuscũq; fratris cõsiliũ directè vel ĩdirectè p̃stitũ, incarceratus carcerẽ exierit, ille, vel illi, qui causa, aut occasio fuissent, carceri mancipentur, & illas pœnas subeãt, quas ipse subiturus erat. *s* Propter hoc etiam ordinatur, vt nullus frater sub carceris pœna in cella sua, vel alibi claues adulterinas retinere possit sed prælato, si habuerit, præsentet. Similiter prohibetur, vt nullus frater intret per fenestram cuiuscunque habitaculi, aut per vias non concessas, sine licentia p̃sidentis, nec scalas ligneas, aut funeas, sub eadem pœna quisquam in camera retinere possit. *t* Item quicunq; fratrum per se, vel per alium sigillum, vel manum generalis, vel principum falsificare præsumpserit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, a qua absolui non possit, nisi ab ipso Generali, vel cui ille duxerit committendum. *u* Qui vero sigillum, vel manum prouincialis ministri, vel eius vicarij, aut aliorum prælatorum, etiam non de ordine nostro, & nobilium personarum falsificauerit, ipso facto ab omni actu legitimo sit suspensus. Et quicumque in aliquo dictorum fuerit legitimè deprehensus, carceris pœnæ subiaceat. *x* Qui cumque etiam litteras, quas ipsi mittunt, vel mittuntur ab alijs ad illos, dolosè retinuerit, vel adulterauerit, sit actibus legitimis priuatus, nec nisi per Generalem,

Non sint claues adulterinæ apud fratres: nec intrent per fenestras.

De sigillorũ falsificatione.

Non violentur litteræ principium. Pœne violantium litteras prælatorum.

lem, si eius litteræ fuerint, releuari possit. Hoc idem intelligatur de litteris sociorum ipsius Generalis: & prouincialium ministrorum: scriptorum, & procuratorum ordinis. Eidem simili modo pœnæ subiaceant: sicut sæpe cauetur in his statutis: qui superiorũ suorũ litteras ad se missas, legere, vel aperire data opera, vel recipere, ne parere cogantur, distulerit. Simili pœnæ supponũtur, qui reperti fuerint laceratas litteras prælatorum, & superiùs nominatorum colligere, collectasque reintegrare, & legere, & in iacturam, aut dedecus ordinis, & nominatarum personarum retinere. *y* Præterea si frater fratri minatus in personam fuerit: caputium probationis per ministrum, vel custodem imponendum, deferat. *a* Si vero manum leuauerit, vel ad percutiendum aliquid acceperit: caputium probationis continuis tribus mensibus deferre teneatur. Si autem percusserit, sed non grauiter: deferat illud per annum. Si vero grauiter percusserit, & persona percutiens vilis fuerit: post longam in carcere macerationem, expellatur de prouincia in p petuum. Si autem percutiens fuerit grauis persona, & percussus vilis: per aliquod tempus solum carceri mancipetur. Si autem & percutiens fuerit dignus, & percussus: grauior pereutienti pœna imponatur. *b* Eodẽ modo si vilis vilem percusserit: mitiùs secũ agatur, quam si vilis virum grauem percusserit. quòd si quis fratrem, vel secularem vulnerauerit, aut mutilauerit, vel alicui venenum dederit, perpetuò carceri mancipetur. *c* Si etiam quis arma offensionis super se, aut in cella, vel alibi in sua potestate habuerit; carceris pœna puniatur. Eidem pœnę subiaceat qui hęc eadẽ, vel similia per alios fieri iusserit: aut quoquomodo procurauerit. *d* Qui etiã in publico aliquem falso, vel verè sed de occulto crimine, infamem reddiderit ex certa scientia: non potest absolui, nisi famam, prout poterit, restituerit: videlicet

Nemini minæ intendendæ sunt.

De percussione.

Percuntiẽtes qua pœna plectendi.

Pœna vulnerantium.

Prohibentur arma deferri a fratribus.

Non est quis piã diffamandus.

Alienam famam Lædens quid agere debeat.

si falsum est: dicat se mentitum. si verum: dicat se cõtra charitatem dixisse. Et si ob id posset conijci illud verum fuisse: potest dicere falsum se dixisse, nec mentitur, falsum enim erat apud illos, & in publico. Non igitur talis absoluatur, nisi etiam pœnas luat: quas luisset ille, contra quem procedebat, si conuictus fuisset. Et tunc ille accusatus, si verum fuisset id, de quo est accusatus, poterit accusatorem excusare ne luat illas pœnas, & hoc si absque sui infamia ipsum excusare posset. Quicunque insuper coram aliquo superiore aut visitatore falso, & sciens aliquid contra alium deposuerit, vel ad deponendum induxerit: aut benè & rectè depositum falso, & dolose reuocauerit: vel ad reuocandum induxerit, ipso facto sententiam excõmunicarionis incurrat. Nec possit absolui, nisi per ministrum, satisfactione præuia, si possibile fuerit. e

Prohibetur ludus.

Præterea consequenter imitando prisca generalia statuta ordinatur: vt quicunque taxillos, aleas, chartas, aut aliud huiusmodi genus damnatum tenuerit, aut eis luserit, aut alios in camera, aut extra, etiam in habitaculis secularium ludere fecerit, aut pecunias pro ludendo mutuari ordinauerit: tanquam infamis omnibus actibus legitimis, & habilitate ad officia ordinis, & officio, in quo fuerit, ipso facto sit priuatus non restituendus, neque releuandus, nisi per capitulum prouinciale, imposita sibi pœnitentia salutari. Et si monitus vel correptus non abstinuerit, priuetur cella, quę alteri applicetur, per tres annos in exilium ad aliam prouinciam mittatur. Si vero pecuniam, librum, vestes lusisse acquirendo, aut amittendo deprehendetur: vltra pœnas iam dictas, carceri mancipetur: non liberandus, nisi de cõsilio discretorum per ministrum: & pecunia illa, & omne quod fuerit in ludo depositum, conuentui applicetur. Eadem pœna sit de ludis, qui sine strepitu fieri nequeunt. f

Pœna seminãtium errores in fide.

Quicunque frater asseruerit aliquem errorem in fide, maximè

ximè contra ſacramentum pœnitentiæ, damnando, vel deridendo: carceri mancipetur, nec per miniſtrum liberandus ſine conſenſu Generalis. *g* Eidem pœnæ, & priuationi omnium actuum legitimorum, cameræ, paternitatis, & omnium officiorum per duos annos prorſus ſubiaceat: & tandem monitus, in ſua permanens pertinacia, expellatur, qui reformari noluerit, & qui preſentis libelli reformationes dogmatizando quocunque modo damnauerit, vel deriſerit, vel terrorem, & difficultatem alijs incuſſerit, vel contra illas conſpirationes, vel colligationes fecerit, vel aliquo modo prælatis detraxerit: qui reformationi vacauerint aut eos fauore laicali impediuerint. *h* Præterea iuxta eadem priſca inſtituta nullus frater tenere præſumat ſummam Petri Iohannis ſuper Apocalypſim, & alios eius tractatus: ſub pœna carceris. Eadem ſit pena tenentibus eiuſmodi libellos: preſertim obſcena, & prohibita continentes. Sixtus tamen conceſſit opera dicti Petri Iohannis legi, & ex illis roſam excerpi ſentibus obmiſſis. *i* Si quis inſuper ſuo, vel alterius nomine libellos famoſos ediderit, mittendo, proijciendo, aut quomodolibet exponendo, per ſe, vel per alium, ipſo facto ſententiam excommunicationis incurrat. Etſi editi forent in Generalis, aut prouincialis miniſtri infamiam, ſola Generalis auctoritate talium actor poſſit abſolui. Si vero in alterius infamiam ſola auctoritate miniſtri releuetur. Deprehenſus autem in eiuſmodi, carceri mancipetur. *k* Quicunque etiam ore blaſphemo de ſummi pō tificis perſona, cardinalibus, ac etiam alijs ordinis prælatis, vel conſtitutionibus Apoſtolicis, aut ordinis temerariè obloqui præſumpſerit. pœna carceris, vel alia competenti pœna puniatur: iuxta culpæ vel blaſphemiæ grauitatem. Et ſi talis fuerit frater de familia, vel alterius congregationis: per preſidentem excommunicetur. Et hoc mandato. S. D. N. Sexti

Pœna damnantiū has conſtitutiones.

Damnantur quidam libri.

De libellis famoſis.

Non lędatur Roma. ponti ficis perſona.

Pœna blaſphemantium pontificem, & cardinales.

Punitio inferentium contumelias.

Alexandri viuæ vocis oraculo. *l* Firmiter autem omnibus prælatis mandatur: quòd acriter puniant omnes illos, qui alijs minas, & contumelioſa verba irrogant, & culpas vituperabiles improperant. Et ſi coram ſuis prælatis talia dixerint, maximè cum monentur, vt taceant, coram fratribus in prima menſa dicant culpam, & poſtulent veniam, & ſatisfaciant læſo. Et ſi tanquam rebelles id facere diſtulerint: excõmunicentur, neque abſoluantur, niſi prius vnam diſciplinam manifeſtè receperint. *m* Si frater fecerit aliquid carcere dignum: cuſtos, vel guardianus vel illorum alterius vicarius, poterit eum detinere de conſilio diſcretorum: etiamſi non eſſet eorum ſubditus quouſque per miniſtrum, quid de illo agendum ſit fuerit determinatum. Et habeantur carceres fortes, & multiplices, ſed humani. *n* Determinat deniq; generale capitulũ, vt in qualibet cuſtodia ſaltẽ vnus conuentus habeatur, in quo ſit carcer fortis, & tutus. Et quòd guardianus teneatur fratres carceri tradendos ad ipſum miſſos recipere, & diligenter cuſtodire, ſub pœna priuationis officij ſui ipſo facto. Et ſi in pertinacia perſeuerans recipere miſſum nollet, ipſe in carcerẽ trudatur. *o* De incarcerandorum expenſis: ſi conuentus fuerit impotens: tota cuſtodia prouideat. Et ſi antiqui carceres ab aliquo fratre fuerint occupati: neque alij extructi: ad priſtinum ſtatum reducantur a miniſtro: vbi ſemper tuti compedes, manicæ ferreę conſeruentur. *p* Ad auferendam temerariorum inſolentiam ordinat Generalis cum capitulo: quòd ſi quis ex fratribus ſuum prælatum verbis ignominioſis, vel turpi, & inſolenti geſtu irreuerens fuerit: ipſo facto ſententiam excõmunicationis, quam cõtra ipſum dictus Generalis ſedendo, profert in ſcriptis, incurrat. Et nihilominus deprehenſus carceri mancipetur. *q* Et ſi aſtantes non fauerint, neque prælatorum honori conſuluerint, & contra talem

Prælatus ſubditum non ſuum malũ carceri tradere poteſt.

Qualis carcer ſit habendus.

Quomodo prouidendum ſit incarceratis.

Pœna inferentiũ iniurias prælato.

non

non acclamauerint,& manus in ipsum vt carceri mancipetur,non inijcere voluerint, si prælatus iusserit, per duos annos non possint promoueri ad aliquod officiũ & sint priuati voce actiua,& passiua. Et si generalis minister ab ipsis requisitus fuerit, litteris suis illam pœnam ratificare teneatur. Et quibus hæc pęna non competit,priuentur vestimento illo anno, aut acriter disciplinentur.Et si talis conuentus propter hoc coniuraret,vel ministro rebellaret,interdicto publico puniatur. *r* Præterea qui per malitiosam conspirationem contra aliquem fratrem,& præcipue superiorem insurrexerint,omnibus actibus legitimis,& officijs sint priuati,quousque satisfactione pręuia per ministrum fuerint restituti. *s* Non intelligitur autem malitiosa cõspiratio,quando subditi generali ministro, vel alicui prælato aliquid pro communi bono voluerint intimare. *t* Præterea secundum Bonifacij octaui ordinationes statuitur, quòd prælati huius ordinis in punitionibus,inquisitionibus, processibus, & alijs agendis circa delinquentes sequi non tenentur apicem,& stilum iuris contentiosi,sed iuxta statuta,ritus,& laudabiles cõsuetudines in præmissis se confirment. Et vbi consuetudo,vel constitutiones non supplent, similitudine alterius constitutionis,vel secundum iura communia,ordini concedentia, vel æquitatis arbitrio procedatur. *u* Præterea secundum eundem Bonifacium, & etiam Innocentium, cuius priuilegium est Assisij cum Bulla, & Clementem,cuius priuilegium est florentiæ, constituitur, quòd appellatio in nostro ordine sub pęna anathematis nulla fiat : cum non gratia litigandi ad religionem venerimus,sed delicta deflendi,& obediendi, & vitam emendandi. Qui contra fecerit, omni actu legitimo sit priuatus. Et nisi spacio viginti quatuor horarum resipuerit : a communione fratrum separetur. *x* Pręterea iuxta Benedicti constitutionem ordinatur, quòd si in prouincia,custodia, vel cõuentu aliquo fuerit

Astantes nõ patiantur cõtumeliam in ferri Prælato:

Non est conspirandum in prælatos.

Quæ sit malitiosa conspiratio: & quæ non.

Non seruanda iura in causis secũdũ apicem, & stilum.

Prohibetur appellatio in ordine.

rit, turbatio, vel diuisio inter fratres, quæ per ministrũ prouincialem tolli non possit: Generalis per seipsum, aut visitatorem visitet eiusmodi prouinciam, custodiã, vel conuentum. Et eos, quos repererit talium diuisionum auctores, si in officijs fuerint constituti, priuentur de consilio discretorum. Et tam ipsos in officijs constitutos, quam alios, si visum fuerit expediens, de suis expellat conuentibus, vel aliter puniantur, prout pacifico statui ordinis expediens fuerit. y Præterea secundum quasdam antiquas constitutiones ordinatur, sub pęna inhabilitationis ad quęcunque officia, ne quis detrahat fratribus defunctis: præsertim quorum bonam vitam prædicant populi, vel miracula narrant, & maxime in conspectu secularium. Quia scriptum est: Surdo ne detrahas: neque coram cęco ponas offendiculum. a Præterea nullus frater, cuiuscunque conditionis extiterit, sub pęna carceris: nullusque custos, sub pœna priuationis officij: nullus etiam minister, sub pena suspensionis ab officio, absque licentia sui superioris in scriptis obtenta, possit tractare, vel fieri facere per se, vel per interpositam personam scripturam, vel notulam, vel processum per manum secularium personarũ, tabellionũ, vel aliorũ, per quæ infamia, vel scandalũ religioni, vel alicui fratri oriri possit, sed oĩa hęc, & oĩa alia, tam ciuilia, quam criminalia fiant per scriptores ordinis deputatos: quibus tanquam autẽticis notarijs in omnibus occurrẽtibus in religione firmiter stetur. b Habeantur etiam nostri ordinis fratres, vbi testes essent oportuni, & omnia registra facta auctoritate prælatorum ordinis in omni loco sint autentica: similiter & omnes literę vbi manus recognita eorum fuerit cũ sigillo, vel paruo vsuali, vel maiori, & vbi subscriptum fuerit per publicos scriptores ordinis de mandato prę latorum cum sigillo: etiam si fuerit ventilata causa coram iudice non religionis nostræ: procurator etiam ordinis, vbi fuerit curia papæ tantum, eam habeat auctoritate

Quãdo minister nõ potest sedare diuisiones, quid agendum.

Non maledices surdo.

Nõ fiant processus per seculares.

Scripta factã auctoritate prælatorum sint autentica.

ritatem, ſicut ſuæ ſonauerint literæ pro omnibus ordinis negocijs defendēdis, & conſuetis pro quibuſcūque prouincijs, conuētibus, locis, & monialium ſanctæ Claræ monaſterijs: pro quorum cauſis poſſit etiam ſubſtituere particulares procuratores, tam fratres, quam ſeculares, non obſtante quocunque curiali decreto, vel conſuetudine, in quantum non ſit contra libertatē curiæ, & contra voluntatē pōtificis: quod petimus cōfirmari. c Præterea in virtute ſpiritus ſancti mandatur, ne quis depoſitionis prælatorum cauſam aut correctionis eorundem, aut diſſenſionem diffinitorum in capitulo, aut aliquid aliud, ex quo ordo noſter infamiam, aut perturbationem incurrere poſſit, ex ſcientia certa publicare extra ordinē audeat. Et ſi quis in hoc deprehenſus fuerit: omni actu legitimo, & officijs ordinis ſit per miniſtrum priuatus. Et cui hæc pæna non competit, probationis caputio puniatur. d Præcipitur etiam per obedientiam iuxta priſcas Farinerij conſtitutiones: vt nullus ſuadeat uel ſuaderi faciat regi. prælato, aut principi, ſeu domino extra ordinem exiſtenti, vt aliquid mutetur de ſtatu ordinis, vel de vnione, aut diuiſione prouincię, aut cuſtodię, vel ne aliquis de loco aliquo amoueatur, vel non amoueatur. e Et quicunque ex certa ſcientia contrarium fecerit, & ſecreta religionis reuelauerit, talem fratrem totum capitulum, vt moris eſt, ſedendo in ſcriptis excommunicat, & ab omni actu legitimo priuat. Neque releuari ab ipſis dictis penis, niſi per generalem, vel eius vicarium poſſit. Et ſi frater laicus fuerit, priuetur habitu ordinis. Neque reſtitui poſſit, niſi auctoritate prædicta. Neque tales abſoluti intelligantur abſolutionibus miniſtrorum, quæ publicè fieri ſolent, vel concedi in ſcriptis gratiarum, niſi de his ſpecialis mentio fiat. f Præterea ſecundum quaſdam conſtitutiones, ſub pęna carceris, & expulſionis de conuentu nulli fratri liceat mittere literas, vel mitti facere nomine conuentus, vel loci cuſtodiæ, vel prouinciæ pro quacumque cauſa, ſi-

Nullus dicat ſecularibus quere quis ab officio ſuo ſit depoſitus.

Nō ſit recurſus dominos ſeculares.

Pæna recurrentium ad ſeculares.

Particularis frater nomine cōuētus literas nō mittat ſine ſcitu fratrum.

Non est impedienda prælatorũ auctoritas medio secularium.

ne scitu, & consensu custodiæ, aut conuentus, vel prouinciæ, seu capituli prouincialis. *g* Præterea quicumque mandata suorum superiorum per se, vel per alium reuocare medio eorum, qui extra ordinem sunt, animo deliberato studuerit, aut aliquod officium seu ne ab officio remoueatur, procurauerit, omni actu legitimo sit priuatus, neque propter secularium petitiones officiũ exequatur, aut in eodem persistat. *h* Ordinat insuper generale capitulum, quòd quilibet procurans officia via secularium, vel quibuscumque literis, ad ipsum officiũ sit inhabilis. *i* Præterea sub interminatione anathematis prohibetur, ne quis verbo, vel facto ad diuisionem nostri ordinis, sub quouis prętextu sanctitatis, laborare præsumat. Et quicumque id attentauerit, aut in iam facta diuisione perseuerauerit, ipso facto excõmunicationem latæ sententiæ incurrat, quam ex nunc in scriptis cõtra talẽ proferimus. Diuidunt enim tunicam domini inconsutilem. Et potius vt suo modo liberi, veluti onager in silua, viuant, id faciunt. Si enim sancti essent, scirent quoque sufferre defectus imperfectorũ. Si quoq; aliquis talis de cętero legitimè inuẽtus fuerit, carceri mancipetur. *k* Fratres incorrigibiles cum suis excessibus conscriptis per ministrum, vel custodem, aut vicarium, vel visitatorem ad capitulum prouinciale transmittantur. *l* Qui si adeo incorrigibiles fuerint, quòd nec pœnitentiam condignam subire, nec culpam humiliter agnoscere voluerint, de prouincia expellantur. Et tandem si pertinaces fuerint, de ordine eijciantur, vel potius perpetuis carceribus mancipentur. Nec, nisi per generale capitulum, de cætero recipi possint, & recepti decennio in officijs nõ ponantur, cum congruenti pœnitentia data. *m* Præterea ordinatur, quòd ministri, & custodes, quando ad generale capitulum sunt accessuri, omnes prauos, dissolutos, incorrigibiles, præsertim nondum punitos, deferant, & teneantur secum in scriptis ferre, & eos corã

Pœna procurantium officium via secularium.

Prohibetur diuisio ordinis.

De incorrigibilibus.

Omnino in malo pertinaces ab ordine eijciantur.

toto

toto capitulo diuulgare. Qui si pro talibus non fuis- *Publicentur in capitulo dissoluti omnium prouinciarum.*
sent puniti, in libro communi per scriptorem, vt alias puniri possint, notentur, & vt infra latius dicitur. Quod mandatum ministris, & custodibus vel potius prouinciarum discretis sub graui pęna præcipitur obseruandum. *n* Præterea cupientes ipse Generalis, & capitulum apostatandi viam præcludere: omnes apostataſ, qui, videlicet, sine licentia, & in contemptum religionis cum habitu, vel sine habitu, cum socio, vel sine socio hinc inde extra ordinem vagantur, decreto pręsentis statuti, vinculo anathematis damnatos esse declaratur. A quo non possint, nisi per ministrum, vel illum, cui commiserit, absolui. *o* Pręterea ordinatur, quòd sine licentia generalis ministri nullus professus, ob quæcunque scelera, possit a religione expelli; sed de conuentu in conuentum, aut de custodia in custodiam, vel de prouincia in prouinciam transferatur: aut perpetuo ergastulo castigetur. Quotiens ergo pęna expulsionis ab ordine ponitur, mutetur in pœnam perpetuę inclusionis, si fieri potest. Apostatæ quoque in reditu, si rationabilis causa non suaserit aliud, carceri mancipentur. *p* Si quis tamen ante pręsentem constitutionem eiectus extra ordinem per prælatum fuisset, non recipiatur, sed mittatur ad ministrum, qui eum ad prouinciale capitulum transmittat ibi super eius receptione discutiatur, & ad generale remittatur capitulum. Qui tamen, si veniam corde contrito postulauerit, recipiatur subito, salua ordinis disciplina, & pęnitentia superiùs posita: nisi præterita eius execrabilis vita tali receptione eum indignum redderet. quod minister de consilio discretorum iudicabit. *q* Quicunque fuerit pestilens in religione, iuxta antiquarum constitutionum prouisionē, & alios suis moribus, & sua mala vita corrumpens, per custodem de custodia emittatur, vt per ministrum in alia collocetur sub regimine alicuius fratris, sibi in

De apostatis.

Nullus professus expellatur a religione, sine licentia generalis ministri

De eiecto extra ordinem.

Persecutio pestilentium.

magistrum deputati. Vbi si per aliquod tempus, ministri arbitrio determinatum, bene vixerit, reducatur. Si autem malè, ad generalem cum conscriptis eius conditionibus transmittatur. Qui simili modo in alia prouincia ipsum longiori tempore examinandum transmittat: donec emendetur. neque vnquam aliter reducatur. Et secundum constitutiones Iohannis portuen. quondam generalis: quousq; de illorum emendatione non appareret, sint priuati vtraque voce in electionibus. Si tandem incorrigibiles forent ministri prouinciales habito consensu generalis ministri, vel de ordine expellant, vel perpetuo carceri tradant. *r* Pestilentes autem vocantur communis pacis & charitatis turbatores: siue corrixando, & assiduè litigando, siue seminando odia, & scandala inter fratres siue seculares, verbo, scripto, vel facto detrahentes: notabiliter murmurantes, colligationes, seu cõspirationes contra subditos, vel prælatos facientes, prælatis suis, & constitutionibus inobedientes, in rebellione notabiles, aut cum multo murmure obedientes. Et qui communiter a prælatis propter eorum insupportabilem conuersationem refutantur. Hi, & eiusmodi similes pestilentes declarantur. Quos custodes, sub pœna priuationis officij, per custodias inquirere teneantur: & ad capitulum prouinciale in scriptis deferre, vt ministri prouideant, & ad capitulum generale, si opus fuerit deferant: ne morbida facta pecus totum corrumpat ouile, vua que conspecta liuorem ducat ab vua. *s* Preterea nullus apostata volens redire repellatur, sed collocetur in tali loco, vbi fratres feruentiùs, & sanctiùs viuunt, neque tamen restituatur ad officia ordinis, nisi per ministrum in capitulo prouinciali cum assensu diffinitorum. quòd si apostatasset cum notabili scandalo, non restituatur in perpetuum sine licentia Generalis. De quibus plura superius dicta sunt. *t* Præterea iuxta priuilegium

Quis sit pestilens.

Non claditur gremium redeunti.

Inno-

Innocentij, cuius bulla est Assisij, & Ferrariæ, & Benedicti, & Nicolai tertij, cuius bulla est Genuæ præ-
lati ecclesiæ, hoc est, diœcesani, & alij prælati debent fauere prælatis ordinis, atque condescendere, & parere, si requirantur, vt proccedant contra illos, qui portant habitum indebite. *u* Præterea quilibet pro-
uincialis minister auctoritate capituli generalis, iure bono possit, & debeat apostatas, etiam alterius pro-
uinciæ capere, incarcerare, excommunicare, & alijs pœnis punire. Etiam fratres tertij ordinis, qui capu
tia deferrent; non protensa vsque ad cingulum a pe-
ctore, quasi essent primi ordinis, & si appareret signũ in eodem caputio fraudis in variando. Idem in casu necessitatis, cum minister non posset, possint custodes & guardiani, etiam si habitum mutassent, auctoritate quorundam subdola, palliata, & ficta, sunt multi hodie abbates, & alij plurimi, qui bullis subreptitijs apostatas acceptant, eis concedunt facultatem mutã
di habitum, & tandem incedunt potius sicut seculares præsbyteri, quam monachi. *x* Nam sine dispensatio
ne expressa sedis apostolicæ nemo potest ordinis habi
tum mutare. neque concessio alicui facta, vt possit fratres mendicantes acceptare, quicquam valet pro nostris, aut prędicatoribus, nisi expressa fiat mentio minorum, & predicatorum. Teneantur autem omnes ecclesiastici ad requisitionem nostrorum fratrum excommunicatos omnes detinentes apostatas denuncia
re. Omnes autem fratres habent potestatem aposta-
tas capiendi. *y* Præterea iuxta priuilegium Innocen
tij, quod Assisij est, cum bulla, ordinatur, quòd nul
lus prælatus ecclesię possit sine licentia Generalis ali-
quem fratrem mittere, vel secum tenere, nisi esset Car
dinalis, aut legatus a latere. *a* Præterea iuxta ordi-
nationes Benedicti ordinat generale capitulum, vt ex
cessus fratrum enormes, de quibus aliquis fuerit con-
demnatus, aut conuictus legitimè, aut iudicialiter

Prælati diœcesani faueant prælatis ordinis.

Vnusquisque apostatas persequi debet.

Quomodo possit quis mutare habitũ, & quid requiratur.

Quis possit secum fratẽ tenere.

Excessus fratrũ enormes registrẽtur in libris ordinis.

confessus, qui euidentia rei erunt notorij, registrentur in libris ordinis, in quibus talia scribi solent. *b* Enormes autem excessus in hoc casu intelligũtur illi, pro quibus in dicto ordine grauiores pœnæ, & confusibiliores consueuerunt imponi. *c* Circa registrationem præmissorum, & similium iuxta cõstitutiones eas dem mandatur, vt ea, quæ fuerint registranda fideli scripturæ commendentur. Et toto regiminis prælatorum tempore custodiantur diligenter; districtè præcipiendo eisdem, & alijs quibuscunque ne libros prędictos, seu acta, quæ in ipsis scripta fuerint, vel aliquid aliud de illis deleant, subtrahant, comburant, vel alio modo destruant, siue mutent, vel id mandent fieri per alios, vel permittant, sine generalis ministri licentia speciali, & expressa. Si quis autem contrariũ fecerit, sententiam excommunicationis incurrat. A qua per generalem ministrum duntaxat, vel per illum, cui duxerit committendum, possit absolui. de quo si legitimè fuerit conuictus, pœna carceris puniatur. *d* Quando vero prædictos ministrum, custodes, aut visitatores ab officio contingat amoueri, successoribus suis libros, & acta oĩa reddere, consignare tenentur. Si tñ contra huiusmodi, sicut planius dictũ est, successores aliqua ibi haberẽtur, rescribãtur plenè in registro generalis ministri cũ ipsius assẽsu, antequã tradãtur p̃dictis successoribus, & in libris reddẽdis, deleãt, & in libris generalis incorrupta cõseruẽt. *e* Præterea iuxta easdem Benedicti constitutiones ordinatur, ꝙ si minister generalis, seu prouinciales, custodes, seu guardiani, seu alij præsidentes reperti fuerint criminosi, aut notabiliter negligentes, & remissi; & præsertim si hæc statuta obseruari pro viribus non curauerint, ab eorum officijs deponantur: vt etiam in fine dicetur. *f* Ne etiam aliquid dignum reprehensione prælatos lateat: quolibet vespere guardianus, aut eius vicarius officinas, & alia loca conuentus visitet, & perlustret

Enormes excessus qui sint

Non violentur registra.

Ministri & custodes in fine officij assignent tales libros.

Absoluatur negligẽs prælatus.

Officium prælatorũ & vigilantia.

lustret sub pęna paulo ante dicta. *g* Fratres quoque ex ordinatione communi, quam Sixtus ampliauit, pulsato signo primo refectionis, conueniant in locum deputatum ante refectorium, vel in refectorium, ibique in silentio sedeant vsque ad secundi signi pulsationem. quo pulsato intrent communiter in refectorium, & deuotè mensa benedicatur, neque cibum sumant corporalem, nisi prius audita lectione, quæ est cibus spiritualis, & signo a præsidente facto. *h* In mensa quoque habeatur semper lectio tam in prādio, quam in cęna, & saltem semel in mense ordinationes diuini officij ad omnes horas canonicas. Omni vero feria sexta, nisi esset festum solenne legatur regula & pro deuotione testamētum beati Francisci. Facta vero refectione, si fuerit tempus, quòd fratres ad ecclesiā pro referendis gratijs ire debeant, vadant processionaliter cum capitibus coopertis. Aquam benedictam recipiant, vt dictum est de nouitijs, chorum intrent eodē modo, & in fine gratiarum dicant Salue regina, sicut post alias horas. *i* Præterea ordinatur iuxta eandem constitutionem Sixti, sicut in tertio capitulo dictum est, vt habeatur ianitor diligens, qui Hostia conuentus clausa custodiat. Et quia clausura summè necessaria est religioni: ne pateant secularibus quorundam fratrū leuitates, propter quas scandalum pusillorum solet oriri, ac etiam vt ipsi fratres à tumultu secularium semoti liberius orationi, ac sacræ meditationi, & lectioni vacare possint. *k* Iccirco præcipitur firmiter guardianis, & eorum vicarijs, sub pęna priuationis officij, vt diligenter clausuram seruent, vt nullo unquam tempore pateant portæ conuētus. *l* Et tē pore silentij nullus secularium introducatur, sine vrgē te necessitate, quod & alijs tēporibus obseruetur, quoad fieri potest. Mulieres quoq; nunquam ingrediantur ad interiora sine manifesta necessitate, & superioris licentia. Quæ cum hoc sint bonæ famæ, & præcipuè nobiles,

Ordo seruandus in comestione fratrū.

Lectio in mēsa.

De ianitore, & clausura.

Pæna non obseruantium clausuram.

Quæ personæ sint introducendæ.

Non mutentur pœne taxatæ, nisi ex causa rationabili.

les,& sint honestis personis associatæ. *m* Iuxta quoq; prisca generalia statuta, guardiani, & custodes pœnas in præsenti libello taxatas, sine licentia ministri commutare non audeant: nisi fuerit hæsitatio in conscientia, obliuio in memoria,& impotentia faciendi in corpore. Conceditur tamen ministrum posse ex causa rationabili eas aliquando commutare, ac mitigare: modò non soluatur ordinis disciplina, neque præbeatur delinquẽdi incentiuum. Quæ si ex tali commutatione, aut mitigatione sequerentur, accusentur capitulo generali. *n* Præterea ordinat generale capitulum, quòd nullus inferior a pœnitẽtia per superiorem imposita absoluat, aut commutare præsumat, absque licentia dicti superioris, vel illo maioris. Et si secus fecerit, talis absolutio, & commutatio sit inanis, & commutans in sequenti visitatione puniatur. *o* Præterea caueant ministri à multitudine prouincialium constitutionum,& etiam quorumlibet præceptorum propter transgressionis,& obliuionis periculum. Omne denique statutũ prouinciale repugnans præsenti constitutioni generali ex nunc tanquam irritũ,& inane cassatur. *p* Præsentes autem constitutiones quilibet minister, custos, & guardianus habere teneatur,& his, qui extra religionem sunt, non ostendere. Legantur autem in quolibet conuentu semel infra duos, vel tres menses,& cum diligentia sub penis de negligentia prælatorũ supra scriptis, faciant obseruari. *q* Item quilibet conuentus, in quo fuerint aliquæ bullæ, scripturæ, aut priuilegia ordinis,& antiqua instrumenta, tenetur de omnibus his facere inuentarium in pergameno,& includere in capsa, in qua eleemosynæ in sacrario reponuntur, vel alibi sub duabus clauibus, quarũ vnam teneat guardianus, alteram aliquis discretorum cõuentus. *r* Præterea declarat generale capitulum, quòd vbicumque ponitur excommunicatio, suspensio, vel priuatio,& non adiungitur, latæ sententiæ, in scriptis sedendo prolatæ, fra-

Non potest inferior in pœnam datam a superiore.

Nõ sunt multiplicandæ cõstitutiones.

Quo tempore legi debet hic libellus.

Scripturę & priuilegia cõdãtur sub clauibus.

Declaratio cẽsurarum.

tres

tres non incidunt in eiusmodi pęnas, & censuras eoipso, quia est de futuro comminatio. Et vbi non exprimitur a quo sit imponenda, intelligitur ab eo illam esse imponendam, coram quo legitimè probatur excessus, dummodo correctio talis ad eundem pertineat. *s* Præterea declarat vlterius generale capitulum, quòd vbicumque ponitur pæna excommunicationis, suspensionis, aut priuationis, fratres illas non incurrant, nisi animo deliberato, & ex certa scientia illud, quod prohibetur, perpetrauerint, aut quod pręcipitur executio ni non mandauerint. *t* In priuatione vero officiorum ordinis, non solum intelligitur priuatio prælationis, sed etiam prædicationis, confessionis, lectionis, visitationis, diffinitionis, paternitatis, & electionis pro discreto ad capitulum. In priuatione autem actuum legitimorum, nõ intelligitur executio ordinũ, vel testificatio in iudicio, nisi specialiter exprimeretur. *u* Pręterea nullus frater publicè de crimine, vel notatus euidenter de aliquo turpi facto, vel de infami mulierum cõsortio, locetur de familia in sacro conuentu nostro Assisij, neque insolens, neq; latrocinio, vel factionibus notatus, neque qui non fuerit regularis obseruantiæ, neque locatus stare permittatur, sub pæna suspensionis ab officio ministri, vel custodis locatis, hoc idem de monasterio, sed fratres bonæ famæ ibi collocentur. Generalis autem super hoc diligenter inuigilet.

Quando incurritur in cẽsuras.

Quæ includit priuatio officiorum, & actuum legitimorum.

Infamia notati non locẽtur conuentu sacro Assisij.

De generali ministro habẽdo. Cap. VIII.

VNiuersi fratres vnum de fratribus istius religionis teneantur semper habere generalem ministrum, & seruum totius fraternitatis, & ei teneantur firmiter obedire. Quo decedente, electio successoris fiat a ministris prouincialibus,

bus,& custodibus in capitulo pētecostes, in quo prouinciales ministri teneantur semper insimul conuenire vbicumque à generali ministro fuerit constitutum, & hoc semel in tribus annis, vel ad alium terminum maiorem, vel minorem, sicut à prædicto ministro fuerit ordinatum. Et si aliquo tempore appareret vniuersitati ministrorum prouincialium, & custodum prædictum ministrum non esse sufficientem ad seruitium, & communē vtilitatem fratrum, teneātur prædicti fratres, quibus electio data est, in nomine domini alium sibi eligere in custodem. Post capitulum vero pentecostes possint, si voluerint, & eis expedire videbitur, eodē anno in suis custodijs semel fratres suos ad capitulum conuocare.

Quid facere tenetur minister generalis cum infirmari ad mortem se conspicit.

IN hoc capitulo octauo tangitur primo de capitulis, & electionibus. Secundò de his, quæ conueniunt generali, & alijs custodibus in ordine, & de suffragijs. x Primò de electione generalis ministri ordinat generale capitulum, quòd quando ministrum generalem infirmari cōtigerit, vt de vita suspicari possit, teneatur is corā scriptore ordinis, socijs, guardiano, & discretis illius cōuentus, omni sepposita affectione, declarare, quis sibi ex tota religione aptior, & vtilior ordinis vicarius videretur, & resignare actu ordinis sigillum, & cætera, quæ ad ordinem spectant. Quæ omnia sigillo ordinis sigillentur, & in sacrario per socios ordinis obseruari, & conseruari debeant, & tradi successori, qui secundum determinationem capituli generalis de his omnibus disponet. y Idem in morte prouincialis ministri per

custo-

custodem, guardianum, & discretos conuentus obseruetur. *a* Si generalis tunc decesserit, minister illius prouinciæ accersitis aliquib' ex vicinioribus ministris, si commodè eorum præsentia haberi poterit, de sufficienti ordinis vicario etiam ipsi iudicium proferant, & celeri nuncio protectori, ac procuratori ordinis generalis defuncti, & ministrorum opinio intimetur. Qui si videbitur, vnum ex nominatis, vel alium potiorem à domino papa vicarium generalem ordini postulet. Verùm quicunque fuerit institutus, si minister generalis obierit ante festum sancti Michaelis, quemadmodum generalis constitutio suadet, poterit bona fide intimare eius obitum vniuersitati ministrorum, & celebrationem capituli in proximo Pẽtecostes sine dilatione. Si vero post dictum festum sancti Michaelis decesserit: nihilominus denuncietur sicut dictum est. Non tamen fiat capitulum generale: nisi aliàs illo tempore celebrari debuisset, sed fiet in sequenti anno: & hoc in loco, & prouincia, vbi per generalem ministrũ olim fuerat determinatum: nisi aliter rationabili causa pontifici videretur. *b* Prædictus igitur vicarius fungetur per omnia eadem auctoritate, qua minister generalis: vt habetur extra de verbo. signif. in fi. quo usq; fuerit completa generalis ministri electio, & erit ordinarius præsidens generali sequẽti capitulo, salua semper in eligendo capituli libertate. *c* In quo hoc modo procedant. Electoribus congregatis die ad eligendum præfixa: summo mane cantata missa de spiritu Sancto, inuocataque sancti spiritus gratia, præsidens capituli incipiat. Veni creator spiritus, voce alta, cum versiculis. Emitte spiritum tuũ & creabuntur. Rñ. Et renouabis faciem terræ. vers. Domine exaudi. vers. Dominus vobiscum. Oratio, Deus qui corda fidelium, &c. qua finita præsidens faciat breuem sermonem: quo hortetur eligentes, vt libere generalem eligant qui scientia, vita, moribus,

Quid facere tenetur minister prouincialis, cum infirmari, & mori se conspicit.

Mortuo Generali statim intimetur Reuerendiss. protectori, & procuratori ordinis.

Si moreretur general. quid fiendum.

Si moriatur generalis post festum S. Michaelis capitulũ generale insequẽti an no celebretur

Auctoritas Vicarius Generalis.

Vicarius Generalis sit præsidens, capitulo.

De modo procedendi in electione generalis ministri.

Præsidens capituli ante electionẽ generalis, mini

stri faciat sermonem breuẽ fratribus.

Quod Electores ministri generalis non faciant practicas publicè, vel secretè alliciẽdo, promittendo, seu aliquo modo minando, ne electio ex his reddatur minus efficax et illegitima.

Repellantur Practicãtes, et carceri mãcipentur.

Legantur literæ custodũ publicè.

Suppleantur voces si quædam facultas à sede apostolica.

Detur iuramentum electoribus de non eligendo indignum.

Quomodo debeat publicari ministergeneralis, postquam est electus.

& exemplis meritò magis prodesse valeat, quam per ambitionem. *d* Electoribus autem per obedientiam mandatur, vt nullo modo publicè, vel secretè ambiãt & practicent, promissione, terrore, odio, passione: quo minus efficax, & legitima reddatur electio. Nec principum, & aliorum prælatorum fauores, & maximè cum symoniæ nota intercedant. In quo casu iuxta constitutiones generales declaratur, talem electionem minimè valituram, neque acceptandam: sed potius tales sic ambientes, non modo extra capitulum, si legitimè deprehendatur, erunt repellendi per generale capitulum: verùm etiam carceri mancipandi. Quæ omnia præsidens capituli ante electionem diligẽter inquirat, & puniat. non tamen interdicitur quin ministri, & vocales possint ante electionẽ maturè, prudenter, sincere, absque omni odio, & conuentionibus inter se de bono pastore consultare, & colloqui publicè, & priuatè, & simpliciter. *e* Secundo legantur literæ custodum coram omnibus: & fiat vocalium suppletio, si fuerit concessa facultas auctoritate Apostolica: & facta absolutione, & iuxta statuta Benedicti duodecimi, dato iuramento, quòd nullum eligent quẽ sciant, vel credant indignũ: omnibus alijs exclusis fiat electorum inclusio: sicut habetur infra in illo paragrapho de capitulo generali. Deinde præsidens capituli, vocatis ministro prouinciæ, custode, & guardiano capituli, vel nonnullis alijs si videbitur: exquisitores tres, quorum vnus sit scriptor, de illorum consilio instituat. Et si videbitur, vt expeditiùs electio transeat: totidem exquisitores subiungere in diuersis angulis audientes seorsum instituat, qui singulorum vota coram oculis omnium secretè, & fideliter perquirant, & conscribant. Ita quòd singuli antequam recedant, ab eis audiant, qualiter sua conscripserint vota. *f* Et fratres electores his verbis vtantur: Ego talis minister, vel custos talis prouinciæ nomino talẽ

frat rem

fratrem pro generali ministro. Quibus cõscriptis per ordinem, statim in eodem loco, antequam fratres recedant, vel colloquantur ad inuicem publicentur in medium, quæ scripserint. quòd diuina gratia inspirante in aliquem vnum concordauerint: illius electio firma sit, absque aliqua quęstione. Si vero in partes inæquales se diuiserint: ille in quem plures medietate omnium eligentium consenserint, postquam electio fuerit pronunciata de eo: vi talis electionis, & præsentis constitutionis verus, & indubitatus generalis minister ordinis habeatur auctoritate priuilegiorum nostro ordini à sede Apostolica indultorum. g Surgat tamen vnus à præsidente deputatus, & dicat: In nomine patris, & filij & spritus sancti amen. Ego talis frater nomine meo, & omniũ vestrum, qui mecum consensistis eligo talem fratrem. P. in generalem ministrum totius nostri ordinis. Quo facto statim incipiant, Te Deum laudamus. Et in omni pronunciatione electionis forma prædicta ab omnibus fratribus vniuersaliter obseruetur.

Verba electorum tempore Electionis.

b Si vero iteratò huiusmodi scrutinio quotiens videbitur electoribus expedire, euenerit, quòd nullus esset electus a maiori parte, possunt communiter compromittere in tres, vel quinque fratres idoneos, & discretos, qui vice omnium de præficiendo valeant prouidere. i Et expleto Te Deum laudamus, si generalis institutus fuerit præsens, statim ambabus manib⁹ super missale expositis, in eodẽ loco flexis genibus teneatur præstare iuramentum in præsentia totius generalis capituli, sub tali forma. Ego frater talis generalis minister ordinis fratrum minorum, ab hac hora in antea fidelis ero sancto Petro, sanctęque Romanę ecclesię, dominoque meo. D. Papæ. A. suisque successoribus canonicè intrantibus, & non ero in consilio, nec in facto, vt vitã perdant, aut membrũ, vel capiãtur mala captione. Consiliũ, quod mihi aut per se, aut per literas,

Si non fit electus generalis pro maiori parte potest committi tribus vel quinque idoneis.

De iuramento quod præstare debet generalis minister postquam est electus.

Formam iuramenti tam pro Generali quam pro ministris.

teras, aut per nuncium manifestabunt, ad eorum damnum nulli pandam. Vocatus ad synodum veniam: nisi fuerim detentus canonica præpeditione. In correptionibus iudicialibus grauium criminũ, & in prouisionibus, promotionibus, cõfirmationibus, destitutionibus & repulsionibus faciendis, de personis dicti ordinis, fideliter, & secundum, Deum, & regulam beati Francisci, puramque, & rectam conscientiam me habebo. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta quatuor Dei euãgelia. Et hæc, vt prædictus Benedictus duodecimus statuit, alta voce, vt ab omnibus audiri possit, pronunciet, illi eo sine strepitu ad Ecclesiam exeant hymnum cantantes. Quo perfecto ad altare matus ab electo dicantur consuetæ orationes cum versiculis, videlicet Actiones nostras. Deus qui corda fideliũ, & oratio de beata virgine, & de beato Francisco. *k* Et statim sedẽs vniuersos fratres obedientiam sibi vouentes amplexetur. Deinde cantetur ab omnibus Gaudeamus omnes sub honore beati Francisci &c. cum toto hymno. Plaude turba paupercula, & Añ. Salue sancte pater. Et à ministro prouinciæ, de more induto cum ceroferarijs, dicta oratione. Omnipotens sempiterne Deus miserere famulo tuo &c. *l* Nuncius cum literis ad Papam, & ad alios cardinales & benefactores ordinis ex parte generalis capituli destinetur, & cum gratiarum actione gesta capituli explicentur. *m* Idem modus subsequẽter, cum primo cõuentũ generalis visitat, obseruetur, nisi quòd processionaliter cum cruce vsque ad modicum extra fores ecclesiæ sibi occurrant, cantantes vt supra. Et non cantetur de cætero. Antiph. Plange turba paupercula, quæ generalatu vacante in vesperis, & matutinis in signum mæroris loco. Sancte Francisce propera, & Salue sancte pater dici solet. *n* Hæc autem forma in omni electione, tam generalis, quam prouincialium ministrorum, quo ad electionis substantiam tantum, vniformiter seruetur. Si vero absens generalis minister electus

Quomõ fratres omnes debent vouere obedientiam ministro generali electo.

Electo Generali intimetur Papæ, & Cardinalibus

Quando primò generalis intrat conuẽtum fratres occurrant.

ctus fuerit, teneatur presente conuentu loci, in quo eũ decretum suæ electionis recipere continget, iurare, vt superiùs dictum est. Et interea ipse præsidens capituli generalis, vbi fiet capitulum generale, assumptis secũ duobus ministris, vno cismontano, & alio transmontano, de se ipsis, vel alijs de vno ministro prouideant, qui super alios, vsque ad finem capituli potestatẽ habeat, vel vices ordinis in sua permaneãt auctoritate. Quod etiam intelligimus quacunque alia de causa generalis prædicto capitulo non poterit interesse.

Circa electionem ministri generalis, & prouincialiũ quo ad substãtiam electionis vniformiter seruetur.

De electione ministri prouincialis.

CIrca electionem prouincialium ministrorum similiter procedatur, sicut in electione generalis ministri: excepto quòd electores non oportet includi nec in fine cantari, vt supra dictum est. Ordinamus autem, iuxta generalia statuta ordinis, quòd ipsi prouinciales ministri, conuocato prouinciali capitulo, à subditis, ideſt à fratribus, de corpore prouincialis capituli, eligantur, confirmandi per generalem ministrum, a quo recipiant ordinariam iurisdictionem. *p* Electores vero, postquam ad capitulum conueniunt, eligant precisè in die sequenti. quòd si ipsa die non elegerint, vel in eligendo non conuenerint, extunc generalis minister eis prouideat de ministro. Idẽ fiat de omnibus alijs ordinis officijs. Ipsi tamen electores possint, & debeant prouincię de vicario prouidere. *q* Possint tamen prouinciales ministri eligi de toto ordine. Quòd si prouinciali capitulo congregato ministrum prouincialem mori contigerit; & in prouincia illa reformatè, & obseruanter in veritate viuatur, possint fratres ibidem cõgregati alium sibi eligere in ministrum; quamquam ad hoc missi non fuerint, nec vocati. Aliter sine visitatore, vel commissario generalis non eligant: aliter quicquid factum fuerit, sit irritũ, & inane

De modo electionis ministrorum.

Electores non eligentes ministrum infra terminum eis dem assignatum non habent amplius facultatẽ eligendi.

Quod ministri prouinciales possunt eligi de toto ordine.

Decedente Ministro tempore quiciales, capituli fratres congregati alium absque alio commiss. eligant si tamen prouin

cia sit reformata.

& inane. Nec taliter electus debeat confirmari: sed alter substituatur, qui idoneus, & vere zelator observantiæ fuerit. Custos in cuius custodia moritur prouincialis minister, post quã sibi de morte cõstiterit certo die præfixo, & loco, in quo possint fratres cõmodè conuenire, prouinciale capitulum teneatur, quamcitius poterit, conuocare vbi propinquus fuerit, terminus prouincialis capituli celebrandi. *r* Custos vero illius custodiæ in quo capitulum celebratur, vel si ipse defuerit, & in prouincia vicarius ministri, vel commissarius generalis non habeatur, guardianus illius loci, in quo capitulum celebratur, tenebit ipsum capitulum, donec electio ministri fuerit absoluta, & vicarius de maioris partis capituli consensu fuerit institutus, qui ex tunc capitulum teneat, & regat prouinciam, quousque in prouincia minister habeatur, dummodo sicut dictum est, in ea prouincia regulariter incedatur. *s* Nullus frater in ministrum electus vtatur officio vicariæ, cũ hoc videatur contra statutũ consilij generalis, aliter nulla redditur electio. Et si electus ante actionem fuisset vicarius, vel commissarius illud officium in electione expiret. *t* Electione vero celebrata terminataq; vicarius prouinciæ duos fratres instituat de corpore capituli fide dignos, de consensu ipsius capituli cum electionis decreto, quos mittere debeat sine mora ad generalem ministrum pro confirmatione petenda, qui electione, & electo, ac statu ipsius prouinciæ, & si electio esset suspecta faciant generalem ministrum, iuxta quod expedit, certiorem. Nec per mortem generalis ministri minister vicinioris prouinciæ cum duobus custodibus possit eũ posthac confirmare, sed vicarius ordinis faciat. *u* Simile iuramentum, quod facit generalis, præstabũt ministri prouinciales, statim cũ fuerint cõfirmati, in p̃sentia prima prouincialis capituli, vel p̃ nunciũ & qđ̃ subiugationẽ, & reuerentiam & obediẽtiam generali

Custos põt cõuocare prouinciale cap. decedente ministro.

Minister electus non sit vicarius. Si cõmiss. eligatur ipso electo non põt. amplius vti illa commiss. Duo fratres mittãtur pro confirmatione.

Ministri prouinciales post eorũ electionẽ statim debẽt illud prestare iuramẽ

mini-

ministro, & suis successoribus exibebũt · quamdiu in obedientia, & in vnitate Romanæ Ecclesiæ fuerint, addant in fine.

tum quod facit minister generalis post suam electionem.

De institutione custodũ, guardianorum, & aliorum officialium.

PRo custodibus verò, & guardianis, vicarijs, & lectoribus, procuratoribus, & magistris nouitiorum, & huiusmodi instituendis: in hunc modum procedatur. *x* Minister prouincialis in capitulo prouinciali cum consilio, & assensu diffinitorũ requisito fratrũ, & discretorũ consilio de custodia in capitulo existentium, de custode prouideat. poterit tamen custos præteriti anni cum discretis custodiæ in scriptis proponere, vel postulare quos voluerit in custodia officiales fieri. Et hoc modo non aliter seruetur constitutio domini Benedicti in secundo capitulo: nisi in prouincijs aliqs, & probatę de hac materia essent constitutiones. *y* Nullus autem frater fungatur simul custodis, & lectoris officio, vel visitatoris, nisi manifesta necessitas hoc requirat. Item fratres assignati, seu deputati curijs dominorum, in quibus continuè frequenter adesse oporteat, non ponantur, nec dimittantur esse in officijs ordinis: illis dumtaxat exceptis, quæ non solùm alibi, & apud illos, sed etiam in curijs ipsis, & apud curiales oportet, vel expedit exerceri. *a* Statuit insuper generale capitulum, quòd deinceps nullus notatus de crimine notabili, nec aliquis dissolutus, vel ita ineptus, q̃ se regere nequeat, nedum alios, nec infamis, nec negociator lusor, blasphemus, non dicẽs officium, habens suspectam cum mulie re familiaritatem, & præsertim de filijs notatus, indeuotus manifeste, raro, vel nunquam, confitens, non frequentans chorum, & qui fauore laicali volunt promoueri

Minister prouincialis in capitulo prouinciali prouideat de custode.

Nullus possit esse lector, & custos.

Fratres existentes in curijs: et ad obsequia dominorum nõ ponantur in officijs ordinis.

Nullus infamis siue notatus de crimine admittatur ad officia ordinis.

Infamis.
Negotiator.
Lusor.
Balphemus.
Officiũ nõ per soluens filios habens.

ueri. Et qui tandẽ non fuerit in habitu interiori, & exteriori reformatus, vel saltem reformationi deditus. De quibus omnibus ministeer (solum Deum prę oculis habens) iudicium fecerit, & de veritate sufficienti testimonio sententiam tulerit, aut sit fama publica, vel quia confessus est, quoad fieri potest, ad officia ordinis nullatenus admittantur. Aliter generalis ministeer per se, vel suos visitatores, quotquot occurrerint, deponat & alios idoneos substituat, & prouincialem ministrum de tali errore corripiat. Et hæc cõstitutio, pro optimo reformationis ordinis modo, sit generalis in omnibus officialibus, per prouinciale, aut generale capitulũ instituendis. Quia vt habetur Mala arbor non potest fructus bonos facere *b* Possit tamen solus generalis considerata emendatione, & optima aliquorum dispositione dispensare, & in principalioribus conuentibus prouinciarũ, & custodijs pro bono reformationis, de guardiano, & custode prouidere. *c* Et generaliter in omni prouincia, & capitulis indistinctè obseruetur, vt magis reformati, maximè in ministeriatus officio cæteris præferantur. Si vero ante capitulum prouinciale guardianum aliquem conuentualem mori acciderit, vel absolui, si ministeer commode ad locum accedere poterit, requisito aliquorum discretorum consilio de conuentu illo, de guardiano prouideat illi loco. Si autem ad locum personaliter accedere non ualeat, requisito aliorum discretorum consilio poterit prouidere. Conuentum autẽ dicimus, vbi duodecim, vel tredecim fratres possunt continuè commorari. Sed si guardianus nõ cõuentualis moriatur, custos de consensu ministri prouideat illi loco cum aliquorum consilio discretorum. *d* Non tamẽ possit aliquem ab officio amouere, sine ministri speciali licentia. *e* Locum autem non conuentualẽ dicimus, vbi quatuor vel sex fratres pro maiori parte anni non possunt debite sustentari. Heremitoriũ vero, vbi fieri guardianus nõ debet. *f* Diffinimus, quòd

Confessionẽ abhorrens. chorum non frequentans: fauorẽ Laicalem Implorãs Nõ reformatus.
Generalis ministeer cum infamibus, & notatis de crimine põt dispẽsare, si constiterit de emendatione.
Ministeer eligatur ille qui sit magis reformatus: & sic de alijs.
Quod nõ possit quis amoueri ab officio sine licentia ministri.

custo-

custodes, & guardiani habeantur pro prælatis: quia ex priuilegio domini Clementis Papæ eis animarum cura cõmittitur, & guardiani in omnibus obediant suis custodibus. Caueant tamen ne in suis officijs ad inuicem se perturbent. *g* Minister prouincialis quã do vadit ad capitulum generale, vel alias exit prouinciam, vel sic infirmatur, quòd non possit capitulo prouinciali interesse, de discretorum consilio vicarium dimittat. Vicarius autem sic institutus, si minister in capitulo generali fuerit absolutus, vel ipsum interim mori contigerit, remaneat vicarius auctoritate ministri, & capituli generalis. quòd si minister absens absolutus fuerit, in capitulo generali officium exerceat donec sibi plenè constiterit, quòd fuerit absolutus. Et ex tunc officium vicariæ exerceat, donec prouinciale capitulum fuerit congregatum. Vicarius iste prouincialis ministri, & alius vicarius a prouinciali capitulo constitutus, eandem habeant potestatem in omnibus: exceptis his, quæ vicarijs ministri ex priuilegijs specialiter conceduntur, vel ab ipso ministro. Vterque ergo potest istorum absoluere ab illis differẽ tijs peccatorum, quæ ministris solummodo ex officio relinquuntur. Alijs tamẽ committere nequeunt: sed possunt pnnire peccantes. Possunt etiam constituere vicarium custodis, vel guardiani de consilio discreto rum: si casus necessitatis id requirat. Non autem possunt ad sacros ordines promoueri facere, nec ad ordinem recipere, vel eijcere iam ad ordinem receptos. *h* Item non mittant fratres extra prouinciam ad manendum, nec alios recipiant in sua prouincia moraturos. *i* Item non transferant fratres de vna custodia in altera ad morandum, nisi euidens necessitas, vel communis vtilitas hoc requirat, & de consensu illorum custodum si fieri poterit bono modo, & breuiter de loco ad locum non mutent fratres. *k* Custos similiter cum vadit ad generale capitulum, vel aliter quõcunque

Qualis debeat appellari conuentus siue locus & heremitorijũ.

Custodes, & guardiani habeantur pro prælatis.

Quando minister abest a prouincia dimittatur vicarius.

Auctoritas vicarij ministri.

Nec possunt ad ordinẽ recipere.

Cõmissarius non potest dare licentiam ad ordines sacros.

Aetas promouendorũ. cap. 2. c 6.

Non mittantur fratres extra prouinciam ad cõmorandum.

Fratres non transferãtur de vna custodia in alterã sine necessitate.

Custos exiens custodia instituat Vicarium.

que exit custodiam, foris aliquandiu moraturus, vicarium instituat in sua custodia de aliquorum ipsius custodiæ discretorum consilio. Item propter vitanda pericula nolumus, quòd passim cum guardiani de domo egrediuntur, vicarium instituant, nisi in aliquibus paruis locis, & hoc de ministrorum suorum consilio, vel custodum. sed in capitulo cum alijs legãtur in tabula. *l* Guardiani, & capellani monasteriorum, & visitatores fratrum tertjj ordinis, etiam in capitulo legantur. & non nisi, qui fuerint moribus, & ætate prouecti: qui possint regulam, & alia spiritualia instituta edocere. *m* Item fratres patientes defectum natalium non fiant prælati in ordine nostro: nec vicarij ordinarij: ita quòd oporteat eos tenere capitulum. Aliter autem poni possint ad modicum tempus, in quo non oporteat eos capitulo præsidere. Nec possint etiam fieri inquisitores, nec visitatores ordinis nostri, nec etiam sororum ordinis sanctæ Claræ. Nec fiant diffinitores, nisi cum eis per generalem, vel Papam fuerit dispensatum. Nec ista dispensatio in prædictis sortiatur effectum, donec sub sigillo noto, & autentico prouinciali capitulo fuerit certitudinaliter declarata. Idem fiat de his, qui nõ fuerint expresè professi in ordine; cuius fides registris conuentuum semper habeatur, *n* Nullus frater præficiatur in officio fratrum, nisi possit ducere vitam cõmunem. tam a prælatis, quam a subditis, maximè in in lectis, cibis, & vestibus, & aliquos subire labores cum nostra sint ministeria, & non dignitates. Seruetur tamen in omnibus, ne prælatorum conditio, maiestas, & reuerentia vilipendatur. Habeatur etiam ratio senectutis: si quando eos in officio repererit. Item per obedientiam inhibemus: quòd nullus frater in aliqua electione, vel institutione, visitatione, vel promotione ad quodcũque officium ordinis, sicut supra dictum est, faciat colligationes, vel inductiones, p

Qui fiãt guardiani, visitatores, & capellani.

Fratres, qui non sunt legitimi non promoueãtur ad officia ordinis.

Dispensatio cum patientibus defectum natalium.

Nullus frater possit esse prælatus in ordine si non potest ducere vitam cõmunem.

Contra instituentes prælatos egros et impotentes.

Contra præticantes.

mitten-

mittendo, laudando mendaciter, vel falsè detrahēdo. Et qui scienter contra fecerit, ipso facto ab omni actu legitimo sit suspensus, & puniri possit vt supra.

De capituli generalis celebratione.

Capitulum generale non differatur ultra trienniū.

Vbi fiendum seu celebrandum sit capitulum.

Qui conuenire debent ad capitulum.

Litteræ custodis custodum signentur sigilli si custodum.

Litteræ vero discreti discretorū munian tur.

Tribus sigillis videlicet Reuerēdi Ministri custodis & guardiæ

°CVm regula dicat, quòd capitulum generale fiat vbicumque a generali ministro fuerit ordinatum: eo modo generale capitulū volumus celebrari, quò generalis constitutio statuit: etiam de voluntate generalis ministri; ne. s. vltra tres annos capitulū differatur, nisi generalis minister cum generali capitulo, in proximo precedenti capitulo, pro manifesta necessitate duxerit elongandum. Et si intra trienniū aliquod oriretur impedimentum: possit generalis minister de assensu aliquorum ministrorum aliter determinare. p Item propter labores fratrum compatiendos ordinamus quòd generale capitulum alternatim citra montes, & vltra si commodè fieri poterit, celebretur, in quacunque prouincia, vel loco generalis minister duxerit ordinandum. q Ad generale capitulum conueniant ministri omnes cum vno tantum honesto socio, & custos electus a custodibus, & vnus discretus a capitulo prouinciali electus. Ita q custos portet literas testimoniales, sub sigillis custodum. Discretus vero sub ministri custodis, & guardiani loci in quo præfatū capitum fuerit celebratū. r Et si alterum istorū mori contigerit, vel infirmari, vel alias legitimè impediri: sic quòd non possit venire, alius custos ab aliquibus custodibus: & alius discretus ab aliquibus discretis a ministro vocatis eligatur, si omnium copia non daretur. Si tamen contingat ex prædictis aliquem, vel aliquos non venire, nihil eorum quæ expedienda sunt per capitulum propter hoc obmittatur. s Poterunt tamen (sicut hacte-

ni loci vbi celebratur. cap.

Si non interfuerint vocales ordinarij, suppleatur.

hactenus factum, est) per generalem, vsque ad numerũ integrum suppleri. Si etiam aliquem de venientibus ad capitulum generale manifestè contigerit impediri, teneantur fratres reliquum associare de loco ad locũ, donec societas occurrerit opportuna. Idem fiat de fratribus euntibus pro confirmatione ministri prouincialis, & pro alijs vrgentibus negocijs ordinis, & de redeuntibus a capitulo generali ad suas prouincias. *t* Custos etiam congregationis beati Amadæi ex præsentis capituli consultu, & assensu, sicut vnus custos custodũ in electione, & alijs actibus capituli generalis habeatur. Quod si aliqui de prædictis remanserint, qui iudicio generalis ministri non fuerint legitimè impediti, si in officio prælationis, vel lectionis fuerint, absoluantur. Et in eisdem, vel alijs reponi non possint vsque ad sequens generale capitulum. Nullus autem terminum præfixum ad intrandum audeat præuenire sine licentia generalis ministri, si præsens fuerit, vel illius ministri in eius absentia, in cuius prouincia capitulum celebratur. *u* Item nullus ad generale capitulum venire præsumat, nisi cui ex regula, vel constitutione competit, aut de licentia generalis ministri, aut sui ministri prouincialis, si generalis minister tunc vacaret, vel vicarij ordinis. Quicumque autem aliter venerit, vel intentione veniendi prouinciam, in qua moratur, exiuerit, ipso facto ab omni actu legitimo per annum integrum sit priuatus. Et si capituli locum intrauerit, per guardianum loci, vel eius vicarium a loco capituli, statim cum probationis caputio, expellatur, quod debeat per octo dies portare. *x* Idem per omnia dicimus de exeuntibus suas custodias, intentione veniendi ad capitulum prouinciale, per ministros prouinciales non vocatis, vel non licentiatis, aut in ministri absentia, p eius vicarium, vel custodem custodiæ, in qua capitulũ celebratur, quòd si guardianus, vel eius vicarius talibus sic non fecerit, vna die tantum in pane, & aqua ie-

De suppletione vocum.

De Amadæis.

Quibus prohibetur accessus ad capitulum generale.

Pœna eorum qui exeũt de custodia non vocatorũ ad capitulũ prouinciale.

Diffinitores capituli generalis.

iunet.

sunet. y Ordinamus, quòd generalis capituli diffinitores sint minister, & vnus discretus subditus de qualibet prouincia, in prouinciali capitulo ad hoc electus. Et dicimus hic subditos omnes sub prouincialibus ministris constitutos. Salua tamen generalis ministri correptione, absolutione, & electione, quæ secũdum regulam ministris tantum, & custodibus conceduntur. a In hoc autem capitulo ministri semper per se, si presentes fuerint, vel per literas, si absentes, renũciare teneãtur. Quorum renunciatio a generali, vel ab eo, qui tenet capitulum loco eius, auditis his, quæ in eorum laudem, vel querelam referuntur, cum consensu generalis capituli, si videbitur, admittatur, & corrigendi corrigantur, & probati approbentur. b Declarat autem generalis minister cũ generali capitulo, quòd fratres habitantes actu extra suas prouincias, puta Parisijs, vel in alijs studijs generalibus, non possint eligi pro discretis ipsarum prouinciarum ad capitulum generale, nec minister generalis admittat petitionem, si super hoc in contrarium porrigatur. c In omnibus autem memorati capituli diffinitionibus sententia plurium indistinctè præualeat, & inuiolabiliter obseruetur. Nec ab ea aliquis appellare præsumat. Possit tamen generalis minister, in particularibus causis diffinendis, aliquos sibi de consensu capituli deligere: cum non semper in omnibus causis possit totum capitulum conuocari. d Porrò fratres, qui venerint ad generale capitulũ, qui non occupantur in diffinitione negociorũ capituli, qualibet die, excepta vigilia, & dominica Pentecostes, solenniter celebrent vnam missam ad honorẽ Virginis gloriosæ, quod etiã volumus in prouincialibus capĩs obseruari, qñ fieri poterit bono mõ. e Ordinat etiã pṽens gene capitulum, quòd nullus frater possit esse discretus ad generale capitulum, qui affinitate ministro attineret, neque ad prouinciale, si sanguine, guardiano fuerit coniunctus, aliter pro infectis habea-

De renunciatiõe ministrorum.

Qui debent eligi pro discretis.

Fratres forenses non sint discreti.

A sententia capituli generalis nõ licet appellare.

De celebrãtibus in capitulo generali.

Missa de Beata Virgine.

Affinis ministri non sit discretus.

Ordo capituli celebrandi in primo die.

habeantur. *f* Congregati igitur ministri, & dicti custodes feria sexta proxima ante festum pẽtecostes, vel alterius festi (si alio tempore capitulum esset celebrandum) prius quiescant, & deliberent vsque mane diei sequentis, & tunc audita missa, ingressi cantent hymnũ. Veni creator spiritus. Deinde dicatur versus. Emitte spiritum tuum &c. Oratio Deus, qui corda fidelium &c. vsque Per Christum dominum nostrũ. Respondeatur Amen. Tunc literæ testimoniales custodum ministro generali, & ministro prouincialibus, vt supra dictũ est, præsententur. Postea tractent de correptione, ac statu generalis ministri hoc modo. *g* Generalis imprimis, coram omnibus se accuset, post hoc, si videbitur, egrediatur. *h* Quo egresso, guardianus loci, assumptis secum aliquibus discretis fratribus de cõuẽtu, dictos ministros cũ custodibus in cõclaui recludant, ita quòd nullatenus exire valeant nec illis vllo modo aliqua alimenta ministrentur, donec prouiderint, vt oportet, circa statum generalis ministri: ad hoc tam includentes, quam inclusi firmiter teneantur. Ita quòd si quis contra fecerit, excommunicatus sit ipso facto. Processus inclusorum sit talis. Minister illius prouinciæ, in qua capitulum celebratur, vel si ipse defuerit, custos custodum illius prouinciæ requirat in publico si quid habent dicere de excessibus, & insufficientia generalis ministri. *i* Et singuli teneantur bona fide incusare ipsum, de quibus reputauerint incusandum. quòd si fuerint accusationes notabilium excessuum: dictus minister prouincialis, vel custos cum duobus discretis quos ex præsentibus sibi assumet, diligenter cõscribant. Quas postquam scripserint, & mox in medium recitauerint: eidem reuocato audientia concedatur. Et eodem egresso iterum super accusationib' & excusationibus communis collatio habeatur. Nec aliquid admittatur, nisi fuerit bene discussum, probatum, & certum. Quibus peractis, prædicti disquisito-

Accusatio generalis.

Ordo seruandus ab inclusis circa suffitiẽtiam generalis ministri

Notentur in scriptis ea, quæ dicantur cõtra generalem.

sitores sententiam capituli perquirant: vtrum eis appareat dictum generalem ministrum esse approbandũ vel corrigendum, vel etiam penitus amouendum, & secundum sententiam maioris partis ad correctionẽ eius, vel ad amotionem procedatur. Si tantum corrigendus fuerit: per ministros, & custodes ibidem cõtinuò corrigatur. Si vero penitus amouendus: prædicti tres disquisitores eidem reuocato, seorsum secretè prius suadeant cessionem voluntariam. Et si non cesserit, statim ipso foris egresso, ostioque, vt prius firmiter obserato, ad electionem alterius procedatur ita vt in mane sequenti habeat ordo generalem ministrum præsentem vel absentem, confirmatum, vel nouiter electum. Deinde infrascripta per ordinem seruentur. *k* Fiant auditores causarum: & sint quatuor ministri, vel alij. *l* Duo auditores apostatarum. *m* Duo, vel tres auditores, vel examinatores promouendorum ad prędicationis, vel confessionis officium. *n* Fiant ordinatores disputationum, vt singulis diebus fit vna generalis disputatio, & aliquæ particulares, ad quas bachalarij, & studentes, & magistri conueniant. *o* Auditores rationis procuratoris ordinis assi gentur duo magistri, vel duo probi fratres. Auditores rationis generalis ministri, vel sui procuratoris erunt omnes prouinciarum custodes. *p* Ordinatores studiorũ deputentur sex custodes. Ordinatores visitatorum prouinciarum. Ordinatores eorum, qui curã habeant de diuino officio, & licentiandis fratribus ad extra. Et qui literas videant per generalem signãdas: ne aliquid iniustum concedatur. Et qui respondeant literis ad capitulum generale directis, & qui audiant volentes ire ad partes infidelium. Vltimo minister prouinciæ, vbi fit capĩ generale, cũ guardiano loci, & custode suffragia ordinẽt: quę oĩa in scriptis in locis publicis pendeant. *q* Et non fiant sumptuosa fercula, nec opima pulmenta. *r* Teneantur omnes

De auditoribus causarũ.

De ordinatoribus disputationum.

Auditores rationis procuratoris ordinis & ratio nis G. M.

Tabula ordinationis capituli.

Non fiant sumptuosa cibaria.

sub-

De superabũdantibus in capitulo Tres libri ordinis.

subministrare, & curare, vt sufficiens eleemosyna prò capituli sustentatione habeatur cum consuetis indulgentijs. Et si completo capitulo superabundauerit, ex pensis ordinis, & alijs necessitatibus applicetur. *s* Habeantur tres libri. Primus pro registrandis literis. In secundo notentur acta generalis capituli, & omnium promouendorum consilia. Tertius sit omnium processuum, & consiliorum iudicialium. In quo etiam omnes querelæ, & latæ sententiæ, & crimina non punita, tam perpetrata, quam perpetranda conscribantur. *t* Die sequenti vacabunt omnes diuino cultui, processionibus, & disputationibus, & alternatim singulis diebus fiat sermo in pulpito. *u* Feria secunda mane, cantata prima missa de domina, & de spiritu sancto, ad sonum campanellæ ad locum deputatum omnes conueniant. Fiat sermo per generalem vel aliũ. Sit distinctio signi, cum solum vocales, vel omnes debeant interesse. *x* Fiat generalis confessio, atque absolutio, cohortentur fratres ad nocturnum, ac diurnum officium. Continuẽtur missæ, saltem vsque ad prandium. Cognoscant ministri fratres suæ prouincię, & cogant in capella eis deputata celebrare. *y* Moneantur de bono exemplo, de casto colloquio, tam intra, quam extra domum. De silentio, & ordine mensæ, de sedendo secundum gradus & qualitatẽ discumbentiũ. De gratijs referendis processionaliter. De silentio dormitorij, quòd fratres non discurrant de cella ad cellam, quòd nullus vocalium egrediatur conuentum sine licentia generalis. De nocturna clausura. Et qòud generali extante in choro, sub graui pęna omnes intersint, quòd sub pęna carceris nullæ negociationes vendendi, vel emendi sentiãtur. quòd omnes vocales capituli, secundum eorum qualitatem, in primo refectorio cum generali in mensa collocentur. Et nullus, qui non sit de corpore capituli, audeat ibi se inserere. Primus minister post generalem, sit minister sancti Francisci Secundus minister Franciæ.

Die Domini co.

Quibus vacandum est secunda die.

Die Lunæ. Ordinatio diei secundæ.

feriæ.

Generalis absolutio.

Monitiones

Ordo ministrorum in sedendo.

Ter-

Tertius minister Romanus. Quartus Angelicus. Deinde secundum primogenita, si magistri fuerint, & ita subsequantur: & ita de custodibus, & alijs discretis. *a* Postea per ministros, vel custodes prouinciarum numerus fratrum defunctorum recitetur: & dicatur psalmus: De profundis. A porta inferi. Requiescāt in pace. cum oratione consueta. Inclina domine aurē tuam, &c. Et talis numerus recitatus ad singulas deferatur prouincias, vt in eorū capitulis simili modo fundantur preces. *c* Recitetur etiam numerus fratrum receptorum ad ordinem. Literæ directæ generali capitulo præsententur, & quæcunque petitiones. *d* Commendatitiæ legantur in fine capituli, & si opus fuerit respondeatur. *e* Nullus religiosus alterius religionis, nec secularis, cuiusuis dignitatis fuerit, colloquijs, & tractatibus capituli, nec qui non fuerint vocales admittantur. *f* Detur vocalibus iuramentum ne alijs explicent secreta capituli. *g* Post nonā facto signo consueto fratres conueniant. & iuxta decretum capituli Strigonienſis, si pro bono statu ordinis aliquid sit ordinandum, instituātur per generalē nonnulli bonæ conscientiæ, qui constitutiones, & ordinationes pro reformatione componant. hortentur fratres in subsidium fidei, vt ad infideles accedant. *h* Omnes gratiæ concessæ reuocentur; & quæ confirmā dę essent nominaliter publicentur. Consultent inter se, si quid fuerit a domino Papa pro salute ordinis supplicandum. *i* Feria tertia omnes ministri propria sigilla Generali ministro resignent, & suis officijs renūcient. *k* Discutiatur de ministris, qui non erunt in capitulo, an debeant absolui, vel excusari, & si præsentium aliqui fuerint absoluendi, vel confirmandi. Reddant etiam rationem de actis in prouincia: & de generalibus expensis. *l* Discreti etiam, & custodes, ac visitatores referant, si per ministrum grauetur prouincia: si visitat, si reformat: si ad effectum deducit

Defunctorū recitatio.

Receptorū recitatio.

De literis cōmendatitijs.

De nō admittendis in capitulo.

Detur iuramentum, ne reuelentur secreta capituli.

Agenda post nonam.

Reuocatio gratiarum.

Ordinatio diei tertiæ feriæ.

Die Martis.

De ministris qui non venerint.

Relatio discretorum de ministris.

Laudentur bene meriti.

Publicentur scandalosi.

Agenda post nonam.

De familia generalis: ac de procuratore ordinando.

Ordinatio diei quartæ feriæ.

Die Mercurij

Contra diffinitores nolentes dare auctoritatē suā Ministro.

Auctoritas capituli generalis sit apud generalem semper.

Ordinatio diei quintæ feriæ.

ca, q̄ capt̄m statuit. *m* Laudēt in publicū, q̄ de religione bene meriti sūt, & qui sācto exēplo multa cōferūt bñficia. *n* Nominēt & exprobrēt scādalosi, & infames, & nō iudicati cōdemnētur, & p̄cipuè videatur si ministri in prouincia fratres fugitiuos, & sine legitima licentia substinuerint: & discursus fratrum non prohibuerint. *o* Post nonam tractetur de procuratore ordinis instituendo, vel destituendo, de socijs, de scriptore, & guardianis, & custodibus in capitulo instituendis. Fiant a magistris, vt mandant pontificum constitutiones, petitiones bachalariorum pro cursu, & aliorum, & si præsentes fuerint, detur iuramentum; quòd si citra angliam, Parisium, & Tholosam lecturi erunt, seruabunt pontificum statuta circa magistrādos. *p* Feria quarta mane scribatur tabula lectorum & bachalariorum. Sumpto prandio, facto signo, omnes tam vocales, quam non vocales conueniant, legātur alta voce hi qui eleemosynas capitulo erogarunt. Fiat commendatio benefactorum, & deuotorum ordinis per ministros, vel vicarios sigillatim. Fiat generalis commendatio pro statu clericali, ac laicali per ipsum generalem ministrum. Recitentur in pulpito, si quę sunt factæ constitutiones, vel reformationes. Moneat generalis omnes ad regularem obseruantiā. Ministri omnes ordinationes capituli transcriptas, & ordinis sigillo munitas reportent, & obseruari faciant. Legantur missę & suffragia pro benefactoribus ordinis, ac capituli generalis. *q* Auctoritas generalis capituli retineatur per ipsum generalem pro semper. Tractetur de loco futuri generalis capituli, &c. *r* Feria quinta generalis minister proponat verbum dei vel alius pro eo, omnibus conuocatis. Legantur visitatores, ac reformatores prouinciarum, & diuisiones studiorum. *s* Faciant fratres generalem confessionem, & detur absolutio, & assignetur indulgentia vnius anni, & triginta dierum per dominum Papam

Alex-

Alexandrum concessam. t Det generalis minister æternam benedictionem his, qui in ordine, & in sua vocatione permanserint. Apostatis maledictionem nominatim si fieri potest, & omnes habeantur apostatæ, qui vagantur extra ordinem, sine sui prælati licentia, non obstante quocunque priuilegio eis concesso: nisi in eo fieret expressa mentio de exemptione per solum Papam motu proprio. u Et omnes ministri teneantur summam apostatarum, & numerum in scriptis ad suas prouincias referre. x Reuocentur iterum omnes cõcessę gratiæ, præsertim illæ quæ cõstitutiones dissoluunt. Nec de cætero tales gratię super absolutionibus eleemosynis, socijs, & alijs similibus impartiãtur, nisi patribus prouectæ ætatis, ac benemeritis de ordine, & vitę integerrimæ, prędicatoribus, magstris, & alijs similibus: ne illarũ extensione leges ad nihilum redigantur. Absoluantur omnes officiales præteriti: instituantur, & confirmentur omnes conscripti in tabula statim legenda. Hortentur omnes ad tollerantiam si pro suo voto officiorum promotio non processerit: & statim ex eminenti loco alta voce prælecta, cantetur: Te Deum laudamus. vers. Cõfirma hoc deus, &c. Oratio Actiones nostras. & ex tunc oẽs honestè & religiose recedant: præter ministros, si forte aliquid vltra de statu ordinis esset consulendũ. Similis fere solennitas in fine prouincialis capituli obseruetur. y Quicquid autem in hoc capitulo statutum fuerit: sub sigillo generalis ad singulas prouincias deferatur. a Et si qui fratrũ ex tunc a generali ministro in tali capitulo electo, vel correcto, & approbato debitã obediẽtiã sub traxerint, vel quõcunque dixerint, & scripserint non esse obediendũ tali generali; vel verum non esse generalem ordinis, vel ore blasphemo de similibus disputauerint, & pro conclusione tenuerint, prætextu alicuius delicti amouendam esse obedientiam a superiore suo: antequam de tali delicto canonicè, & legi

Die Iouis. Fiat confessio cum generali absolutione.

Maledictio cõtra apostatas

Nomina apostatarũ portẽtur a ministris in prouincijs.

Quòd gratiæ consuetę non concedantur nisi patribus.

Quicquid fit in capitulo generali noti ficetur alijs prouincijs.

Pœna eorum qui dixerint generali non esse obediendum.

timè per proprium iudicem fuerit cognitum, discussum, & iudicatum: cuiuscunque congregationis, conditionis, & sectę existant sententiam excommunicationis ipso facto incurrant, & alias pœnas: nec nisi per generalem absolui valeant. Insuper carcere macerentur: & ex decreto centum, & vltra sacræ theologiæ magistrorum, qui in præsenti capitulo astiterunt, damnatur talis opinio, tanquam erronea, & hæretica, cum ea possent cunctę religiones deleri, immo ecclesia Christi. Daretur enim occasio in omnibus correptionibus, & monitis, prætextu alicuius criminis sine quo nemo viuit, contemnendi omnia superiorum mandata. Qui ut plurimum maledictis subditorũ, tan

Contra Bigotos.

quam signum ad sagittam, exponuntur. Et qui aliter regulam nostram trahunt, & alios sibi generales confingunt, nouerint se veros regulæ non esse professores. Cum hoc adhuc nullo caueatur indulto. Et qui stare se existimant, freti sua singulari iustitia, & integritate, & sic, vt cæteri hominum, non esse credentes, videant nè se magis prolapsos reperiant in fine, ac sibi dici, quod pharisæo, qui cæteros aspernabatur. Nam dicitur. Dispersit superbos mente cordis sui. Plerumque hæreticorum vita casta, probata, & omni redimita sanctimonia, quibus plebeculam in suum pertrahunt dogma, præsefert in apertum. Eorum tamen genus, tanquam sacrilegum, & pernicioſum ecclesia damnat, eo quòd primo non obtemperant pastori. Et si qua esset causa, quam in excusationem erroris sui adducerent, saltem ea cessante, affectatus deberet cessare effectus.

Ministri, & custodes possint singuli, si voluerint, & eis expedire videbitur, in suis custodijs semel fratres suos ad capitulum cõ uocare.

De

De celebratione capituli prouincialis.

ORdinamus iuxta constitutiones farinerias, quòd singulis annis in singulis prouincijs prouinciale capitulum celebretur, iuxta quòd magis congruit cuilibet regioni, in quo locus & dies sequentis capituli assignetur, ita quòd redeũtes de capitulo generali proximo præcedenti valeant interesse. Ad illud capitulũ conueniant custodes, ac fratres de prouincia, secundũ quòd in prouinciali capitulo fuerit ordinatũ. *b* Prouiso tamen, quòd multitudo venientium euitetur. *c* Possint tamen ministri pro rationabilibus causis, ac manifestis interdum per custodias fratres cõgregare, pro ipsius prouincię negocijs expediendis, non tamen sine ministri generalis licentia in scriptis obtenta. Circũspiciat tamen generalis, ne ministri ex eo, quòd depo ni in capitulo vereantur, illud congregare prætermittere satagant. Proinde declaratur tunc ad capitula custodialia posse ministros confugere, quando requisitis conuentibus non occurrit, qui possit onera capituli sustinere. Quilibet tamen custodum, vel discretorum prouinciæ obligetur, si in hoc negligenter, vel mendose minister se gesserit, generali ministro intimare. *d* In hoc autem capitulo, & alijs electionibus vocem non habeant fratres in monasterijs commorãtes. Admittantur tamen ad electionem discreti ad capitulum transmittendi in locis, iuxta quæ morantur, sicut fratres cæteri de conuentu. *e* Nullus frater præsens, vel absens possit in electione aliqua facta per scrutinium vocem suam alteri committere, nisi iuxta formam, quę in priuilegio domini Nicolai de custodibus continetur. Ad præfixam autem diem electionis discreti omnes fratres eiusdem conuentus, bona fide per obediẽtiam venire teneãtur, & guardiani per obedien-

Euitetur multitudo ad capitulum venientium.

Ministri possunt congregare aliquando frẽs per custodias.

Frẽs in monasterijs cõmorantes non habeant vocem.

In electionibus factis per scrutinium nemo potest vocẽ suam alteri committere.

dientiã nunciare omnibus bona fide quibus poterunt.

Nemo potest habere, nisi vnam vocem in electionibus.

f Et vt aliquorum ambitio euitetur, & insolentia non crescat, ordinat generalis minister cum vniuerso generali capitulo, vt nullus frater eodem anno in electione discreti ad prouinciale capitulum seu custodiale vocẽ habeat, nisi vnam. Et si secus factum fuerit, secunda vox nulla sit, & inter voces eligentium minime computetur.

Frẽs iuuenes non habent vocem in electiõe discreti.

g Ordinatur insuper, quòd fratres iuuenes nõ habeant vocem in electione discreti, nec approbatio mittendorum ad ipsum capitulum, priusquam ætatis suæ vigesimum compleuerint annum, secundum, custodis iudicium, ac discretorum vbi de ipsa ætate aliud certius testimonium non haberetur.

Aliqui frẽs in electionibus habent tãtum vocem actiuã: sed nõ passiuam.

h Lectores vero extra suam prouinciam legentes, similiter fratres extra suam prouinciam studentes, in electionibus discretorum ad prouinciale capitulum, vocem tantum habeant actiuam, non passiuam.

Tempus electionis discreti fiendi.

i Hanc autẽ electionem discreti ad prouinciale capitulum mittendi, fratres faciãt prima die, quam prouinciales sanctiones, vel consuetudo probata præfixerint. Alioquin minister, custos, vel eius vicarius eis prouideat de discreto. Quem si contingat mori, vel legitimè impediri ante exitum de custodia sua, alterius prouisio ad ministrum pertineat, vel custodem. Possint etiam, maximè vbi fieri consuetum est, Venerandi sacræ theologiæ magistri, si præsentes fuerint, ad electionem, & ad alia capituli negocia admitti.

Modus seruãdus quãdo requiritur de excessibus ministri, custodis, vel guardiani.

k Guardianus autem teneat capitulum, quando de excessibus ministri, vel custodũ & eorum insufficientia, & de alijs transmittẽdis ad capitulum prouinciale perquiratur. Cum vero de excessibus guardiani inquiritur, vicarius conuentus capitulo præsideat, & in eius absentia de consilio discretorũ alter teneat capitulũ. Prædicti vero de excessibus prælatorum, & de insufficientia diligenter per obedientiã inquirere teneantur, & alij fratres inquirenti teneantur per obedictiam bona fide de veritate respondere.

In

Pœna reuelãtium, & inquirentium noĩa accusantium.

l In prædictis autem inquisitionibus, tam reuelantes accusantium nomina, quam inquirentes, ad pœnã, quæ in alijs visitationibus ponitur, obligentur. Custos autẽ in huiusmodi perscrutationibus interfit. Hoc etiã scrutinium, vltra vnius diei naturalis spaciũ, nolumus prolõgari. m Et nihil portetur ad capitulum, nisi fuerit discussum, examinatum, probatũ legitimè, & in terminis explicatum a maiori parte fratrum suorum locorum, fideliter conscriptum, lectum, & sigillatum corã omnibus fratribus loci sigillo, vt ad prouinciale capitulum destinetur, & accusatum, & probatum legitimè, quòd de genere actus est peccatum mortale, & inducit notabiliter ad relaxationem regularis obseruãtiæ, vel declarat insufficentiam manifestam, nullus impediat approbari, quin prouinciali capitulo transmittatur. Et quicumque contra fecerit, repellatur à capitulo, & nihilominus grauiùs puniatur. Et idem dicimus de scribendis ad generale capitulum. Quando autem discutiuntur mittenda ad capitulum, diligenter grauia examinentur, quæ præponuntur, & in spirituali inquiratur, qui accusat de facto, si vidit, vel de verbo, si audiuit ab eo, qui accusatur, & inquiratur de modo tempore, vel loco. Et hæc forma quacumque visitatione seruetur. n Excessus autem ministri, custodis, & guardiani, & aliorum, qui corrigendi fuerint, coram illis tantum, qui nouerunt excessus, in capitulis audiantur, & qui corrigendi fuerint, corrigantur, nisi talis sit excessus, qui sit publica pœna puniendus. o Excessus guardiani, qui mittitur ad prouinciale capitulũ, recitetur ei in publico coram conuentu suo, si ad dictum capitulum non fuerit profecturus. Et si aliquod graue accidisset in prouincia, vel in via quod alias ad capitulum nõ esset missum, debeant fratres per obedientiam, quibus notum est, coram diffinitoribus accusare. p Isti in loco capituli congregati, ipsa die quiescant, & deliberent, mane postera die, tunc audita missa, capitulum in gredian-

Pœna prohibentium deferri malum prælati ad capitulum.

Excessus prælatorum corrigantur corã illis qui sciunt.

Fratres tenẽtur per obedientiam dicere diffinitoribus excessus

non punitos. Ingressus in capitulo.

grediatur, & inuocata spiritus sancti gratia fiat sermo fratribus in communi. Subinde eligant ex seipsis quatuor tantum diffinitores per disquisitionē trium, quos minister, custos, & guardianus loci, vel duorum ipsorū, si tertius defuerit, ad hoc duxerint eligendos. Si autē in electionibus diffinitorum plures, quam quatuor, maiorem partem vocum medietate omnium habere contigerit, illi qui plures voces habent, pro diffinitoribus acceptentur. Si verò qui pauciores habēt ex ipsis, fuerint in æquali numero, iteretur scrutinium, quo ad illos, quousque pluralitate suffragiorum electio vnius alteri præferatur. *q* In huiusmodi capituli principio per se, si pſentes fuerint, custodes, & guardiani & alij, vel per literas, si absentes, suis officijs renunciare teneā tur. Quorum renunciatio à ministris, vel ab eo, qui tenet capitulū, loco eius cū diffinitoribus in fine capituli si videbitur, admittatur. *r* Si autem minister interesse non poterit, & vicarius eius defuerit, custos, in cuius custodia capitulum celebratur, capitulum teneat loco eius. *s* Prædicti autem diffinitores fiant ex solennioribus patribus prouinciæ, nulla locorum, vel conuentuum, sua interesse putantium, habita ratione: qui possint corrigere ministrum prouincialem, diffinire, & expedire cum ipso omnia, quæ ad capitulū prouinciale pertinebunt: vt sunt collatio super transmissis ad capitulum: correptio eorum, quæ prouinciali capitulo corrigenda notificātur. Ordinatio eorū, quæ ad necessitatem morum, vel ad honestatem, & reformationem prouinciæ, & studiorum incrementū, pertinere videbuntur: cum diuersæ prouinciæ diuersis consuetudinibus, ac legibus varientur. *t* Non faciant constitutiones, vel ordinationes ibidem, absq; maioris partis capituli consilio, & assensu. Diuisio custodiarum, etiam manutentio facta a sancto Bonauentura. Ordinatio conuentuum, vel locorum. Eorum receptio, vel commutatio. Fratrum locatio vel remo-

Renunciatio custodum, & guardiani.

Quales dicūt esse diffinitores.

Non fiant cō stitutiones, nisi ex assensu maioris partis capituli.

remotio. Assignatio librorum notabilium fratrum decedentium, si fienda videretur. Subditi autem, qui fuerunt diffinitores in præcedenti generali, vel prouinciali capitulo non sint diffinitores. Et dicimus hic subditos, omnes sub ministris prouincialibus constitutos. x Prædicti electores quintum ex seipsis eligant, qui in hoc tantum possit articulo videlicet, vt si quatuor diffinitores, in correptione ministri, in partes æquales se diuiserint; eorum sententia præualeat, quam idem duxerit approbandam. Idem tamen quintus, qui sic eligitur, in capitulo prouinciali non intelligatur pro diffinitore, vnde potest sequenti anno effici diffinitor. Electis igitur diffinitoribus, literæ, quæ super facto generalis ministri a fratribus locorũ sunt transmissæ eisdem diffinitoribus presententur. Et si qui sunt in eodem capitulo, qui præter illa, quę scripta sunt probabilia tamen, dicturi sunt de ministro, diffinitoribus tantum dicant, qui super scriptis, aut taliter relatis, habita seorsum diligenti deliberatione, *ministrum corrigant*, secundnm formam præ-taxatam. y Et quãdo diffinitores habent de ministro inquirere, teneatur ipse minister capitulum egredi. Et si officio non esset deponendus, eo puniatur modo vt non reddatur subditis contemptibilis: quibus cum non semper pro voto obsequi possit, eorum sæpè insidias patitur. a Hęc autem inquisitio, vltra diei spacium, nullatenus protrahatur. quòd si incorrigibilẽ inuenerint, ipsum ab officio ministerij suspendant, & vicarium de consilio, & assensu maioris partis capituli constituant: ac sine mora causam incorrigibilitatis per capitulũ approbatã, sub sigillo vicarij, vel custodis ministro significent generali. Si etiam insufficiẽs reputetur: eidem sic̃iter significetur: ita tamen quòd nullum eorum fiat absque maioris partis capituli consensu, vel consilio. b Minister vero sic suspensus non instituat vicarium: nec se de officio intromittat, donec

Qui nõ dicũtur esse diffinitores.

Si quatuor diffinitores diuiserint se æquales, fiet quintus.

Minister tenetur exire capitulum, quãdo diffinitores inquirunt de ipso.

Inquisitio nõ prætereat diẽ naturalem.

Minister suspē sus pōt accedere ad generalem.

nec de suspensione fuerit iudicatū. nec ei recludatur via, quin possit ire ad generalem ministrum, ad se, si voluerit, excusandum. Et vt addit Benedictus duodecimus, si in capitulo visitator, vel commissarius Generalis. M. aderit, ad generalem non opus est mittere, maximè si super hoc ab eo fuerit specialiter deputatus. Poterit tunc destituto ministro, de assensu ipsius prouincialis capituli seu maioris partis numero, ad alterius electionem procedi. *c* Causa autem suspensionis, vel destitutionis, sit insufficientia, negligentia, remissio, vel excessus notabilis: iuuenum, & eorum, qui non fuerint reformati, assumptio: si iuuenes ad Dei timorem, deuotionem, & ad literarum studia non compulerit: & si magis munera, quam probitatem respexerit: & maximè si regulæ, & præsentium, & aliarum constitutionum obseruantiam, & conuentuum reformationem non curet. Cum ex statuto, & mandato sanctissimi domini nostri Alexandri in hoc prę̃senti capitulo, in forma breuis, cunctis audientibus, promulgato præcipiatur, vt nisi ministri prouinciales reformationi cum effectu intendant: ab officio tollantur, iudicio prouincialis capituli, vel ministri generalis. Nec admittantur si quę fierent appellationes: cū magis attendi debeat electionis libertas, quā aliquorū ambitio: vbi non debet esse locus obiectionis de spolio: quin semper possit prouincia primo, vel secundo, vel tertio anno, vel sexto, vel quando voluerit, modo supradicto, de alio prouidere ministro. *d* De cōstitutionibus vero triennalibus, vel perpetuis, in aliquibus prouincijs editis, seruetur Cremonensis constitutio: quæ non vult obseruari pro fratrum voto, sed iuxta capituli, vel ministri generalis dispositionem. Et siqua hactenus extarent Breuia Apostolica, vel contingeret impetrari (quod fine consensu generalis ministri posthac non fiat) in quantum de iure fieri pōt, generale capitulum non admittit.

Causa destituendi ministrum.

De constitutionibus triēnalibus vel petuis seruetur constitutio Cremonēsis.

Nam

Nam cum concedantur in fauorem prouinciarum, de gratia emanant. Proinde plus consuli volumus communi vtilitati, quam aliquorum ambitioni, qui existimant officia religiosorum sorte potius, & ordine quodam, quam reipublicę commodo esse conferenda. Iuramenta, quæ contingerent fieri, volumus ea semper seruari conditione, qua generale capitulum, vel generalis ordinis duxerit acceptanda: etiam si sedem Apostolicam consulere opus esset. *e* Extra vero prędicta capitula, vt prędictus Benedictus duodecimus terminat, non destituantur ministri, nisi pro graui crimine notorio, euidentia rei, vel legitimè probato: seu quia confessus est: siue pro insufficientia manifesta: vel pro sui regiminis probata inutilitate; vel, vt sæpè dictũ est, quod in obseruantia constitutionũ subditos non contineat. Et tunc fiat per generalem, seu per dictum visitatorem, vel commissarium, si de hoc fuerit sibi facta specialis commissio, cum consilio, & assensu decem, vel duodecim proborum, & discreto rum patrum, vel maioris partis numero eorundem, & præsertim custodum, vel magistrorum prouinciæ, cuius erit minister, si commodè poterit haberi præsentia eorundem custodum, & verisimiliter non præsumantur suspecti. Si quis dictorum ministrorum extra prædictum capitulum generale, vel prouinciale sponte reunciare voluerit, & cum instantia petierit se absolui; possit generalis minister renunciationem huiusmodi admittere, si ei videatur rationabiliter admittenda. *f* Ministrũ vero Romaniæ orientis, terræ sanctæ, hibernię, & earum prouinciarum, vbi prouinciale non celebratur capitulum: vt Clemens, extra de verbo. sig. Generalis instituat de anno in annum, vel de biennio in biennium, vel in triennium, vt sibi prouinciæ melius expedire videbitur: maximè si extra suas prouincias moram traherent, nec visitarent. Et ne facilitate venię maleficia inualescant mãdat

Minister non debet deponi nisi pro graui, & notorio crimine.

De Depositione Ministrorum.

Oportet Commissarium habere specialem Commissionem.

De Ministris Titularibus.

Cum crimina fratrum non sunt punita p ministros, & custodes: sentētia feratur contra eos in puinciali capitulo.

generale capitulum, quòd in omni prouinciali, vel generali capitulo sententiæ criminum ferantur, quorum ministri, vel custodes delinquentes non plenè punierint: & in libro processuum conscribantur. Nec ministri valeant extra capitulum dispensare. Possit tamen idem prouinciale capitulum in sequenti anno, considerata rei dispositione, mitigare penam, vel penitus tollere. *h* Ea propter ministri semper sicut sæpè dictum est, duos libros processuum, & registrandorū secum deferant, vt semper acta prouinciæ ad successoris manum deueniant. Qui nullo modo, sine consensu capituli, possit sui prædecessoris sententias, ac decreta rescindere. *i* Teneantur etiam capitula prouincialia, immediatè præcedentia generale capitulum, notabiles, & certos excessus, & in terminis explicatos generalis ministri, per custodem ad generale capitulum euntem, sub sigillo custodis, & guardiani loci, in quo celebratur capitulum transmittere, secundum formam superiùs prænotatam, scilicet, vt manifesta, & probata solùm perferantur. *k* Item per obedientiam teneantur significare capitulo generali de excessib⁹, & insufficiētia ministri, & de receptione inutiliū per eundē, & de statu, ac cōmuni pace prouinciæ sub eodem. *l* Si vero (q̄ absit) alicuius prouinciæ status vel excessus alicuius, per prouinciale capitulū fuerit mendaciter nunciatus, custos, & diffinitores, qui in huiusmodi mendacium consenserunt, inhabiles ad cuncta nostri ordinis officia, sicut inobedientes, & mendaces per generale capitulum reddantur. *m* Et cum de prædictis inquiritur minister de capitulo exire teneatur. Et si pax non fuerit, causam turbationis scribant, & sciant, quòd secundum illa quæ mittuntur procedetur in capitulo generali. Accusationes autem, & petitiones & statuum prouinciarum insinuationes, non in vna littera, sed singula sigillatim in singulis literis, ad maiorem expeditionem, generali capitulo nuncient.

Perferantur excessus probati generalis ministri ad capitulum generale.

Fratres teneantur significare capitulo generali in sufficientiam ministri.

Pena nunciātium excessus mendaciter.

Exeat minister quādo de eo inquiritur.

Et

Forma scribẽdi seruetur communis.

n Et forma communis scribendi, prout alias ordinatũ est ab omnibus obseruetur, ita quòd in literis mittendis ad generale capitulum de statu prouinciali, nõ poni natur nomen prouincialis ministri, sed sigillum. Sint tamen ita clausæ quòd ministri nec legant, nec videãt ea, quæ continentur in eis. *o* Nihil etiam scribatur generali capitulo pro ministro repetendo, vel comminẽ dando, sed tantum, si quid prouincia contra ipsum habuerit. Idem modus scribendi cõtra custodes, guardianos, & alios ad prouinciale capitulum teneatur. *p* Et vt in scribendis literis personarum qualitas agnoscatur, mandat generalis minister, quòd ministro prouinciali, cũ scribitur, Reuerendo, dicatur, cum custodibus, & guardianis soleunium conuentuum, & magistris, ac famosis prædicatoribus, venerabili, vel veneranẽdo. Cæteris religioso fratri &c. nisi fuerit scribens minister, tunc dilecto, etiã scribere poterit. Generali ministro, vel vicario, vacante generalatu, Reuerẽdissimo. *q* Et si qui fratrũ alio, quam proprio nomine, maximè si illud superadditum nomen fuerit extraneum, aliquẽ appellauerint, pane, & aqua in terra coram omnibus puniantur. Eandem dent pænam, qui interuocandum simplici proprio vtuntur nomine, non adiecto, fratribus, frater, & patribus pater, & monialibus, soror, vel mater. *r* Et qui fuerit auctor alicuius odiosi nominis: excommunicationem incurrat. *s* Possint tamen veniẽtium ad ordinem nomina commutare recipientes, & proborũ defunctorum patrũ appellationes suscitare.

Non fiant literæ commendaticiæ a prouin. pro ministro.

Superscriptio literarum.

Non imponãtur fratribus supranominã.

Excommunicatio auctoris alicuius nominis odiosi.

De his, quæ Generali, & alijs officialibus conueniunt.

Circa familiã & expensas generalis ministri, ac prouincialium, seruetur decretum Eugenij. IIII. & Pij secũdi.

CIrca familiam, & expensas ministrorum generalis, & prouincialium, ac custodum, statuimus, & ordinamus seruandum esse decretum Eugenij quarti, ac Pij secundi, qui constitutionem Martini quinti, de ministrorum familia, & eorum amotione, de licentiandis ad cursum magisterij, de nulla exactione pecuniaria facienda, pro confirmatione ministrorum, visitatione prouinciarum, pro promotionibus magistrorum, pro literis suffragiorum, aut aliorum quorumcumque officiorum, quacumque occasione, vel colore. u Et quòd ministri Generali ministro nihil dare præsumant, his verbis sic modificant, & declarat. Vbi præfato generali ministro duo socij notabiles, vnus, videlicet, citramontanus, & alter vltramõtanus, addito socio scriptore, & alio seruitore, cum vno famulo duntaxat a Martino quinto prædecessore nostro decreti sunt. Nos addijcimus eidem duos famulos, & vnũ eleemosynarium secularem, vel alterius religionis. Qui quidem eleemosynarius a procuratoribus prouinciarum, aut prouincialium ministrorum conuentuum, domorum, & locorum dicti ordinis minorum, omnia illa, quæ pro victu, vestitu, equis, famulorum salario, & alijs, ipsi generali ministro, eiusque comitiuæ necessaria, & oportuna fuerint, exigere, & exacta pro huiusmodi necessarijs exponere habeat. Quique de præmissis exactis, & expositis eidem generali ministro primùm, & deindè capitulo generali, loco, & tempore celebrationis eiusdem, vt inibi per totum ordinem, secundũ prouinciarum numerum, diuidantur, rationem reddere teneatur. x Addijcimus etiam, quòd singuli duorum sociorum principalium generalis ministri prædictorum, singulos seruitores fratres, vel alios, personarum suarum, & equorum sibi assignatorum, seruitijs, instítutos famulos, quibus sicut cęteris de familia eiusdẽ generalis ministri prouideatur, habere valeant, atque possint. His tamẽ, & alijs eis similibus eiusdem generalis

Adduntur duo famuli: et vnus eleemosynarius.

Socij habeant duos seruitores.

lis ministri, prout secundum loca, & tempora, ac longas, vel breues moras, expedire viderit moderationi relictis. Cuius etiam generalis minister, vel per eum ad hoc deputãdorum, coercioni, & compulsioni prefatos procuratores, & principales eorũ, necessaria huiusmodi dicto eleemosynario forsan soluere, seu exhibere recusantes, aut solutionem huiusmodi longiùs debito differentes, super hoc omnino volumus subiacere. *y* Item vbi præfato generali ministro interdicitur potestas licentiandi aliquem ad cursum magisterij, nisi præsentatus fuerit a ministro suę prouinciæ, qui neminem audeat præsentare, nisi de consilio, & assensu capituli prouincialis, modificando, declaramus hoc fore intelligendum in illis prouincijs, in quibus solet prouinciale capitulum annis singulis celebrari. Aliàs idem generalis minister, de proborum consilio, ad magisterij cursum licẽtiare valeat, atque possit. *a* Item vbi dicto generali ministro pecuniarũ exactio ꝓhibetur, declaramus, quòd pro suis necessitatibus possit eleemosynas a quibuscumque recipere, qui sponte illas sibi voluerit erogare: dummodo ab exigendo, & extorquendo abstineat. Idemque per prouinciales ministros in suis prouincijs, & procuratores dicti ordinis minorum in Romana curia, ac alios ipsius ordinis fratres, tam pro expensis, quam alijs necessarijs quam pro eleemosynarum receptionibus, volumus obseruari. *b* De vestimẽtis autem per ministros, & custodes debita, secundum regulam, & constitutionem præfati Benedicti prædecessoris, prouisio obseruetur. *c* Item vbi generali, & prouincialibus ministris, ac custodibus, & guardianis, cæteri sque fratribus, prædictis dicitur, ne vllatenus quicquam exigant aliquo colore, vel causa. Qui si secus fecerint, eo ipso suis officijs sint priuati, sibique eorum subditi deinceps obedire minime teneantur. Et si aliquis ministrorum generali ministro quicquam contribuere præsumpserit; ipso facto suo officio sit priua-

No. rectius forsan ministri.

Non debet minister generalis licentiare aliquẽ ad magistrum, si nõ fuerit præsentatus a ministro suę prouincię.

Modificatio in licentiãdo non præsentatos per capitulum.

Quãdo ꝓhibetur ministro generali exactio pecuniarum.

Per quos fieri debet ꝓuisio vestimentorum fratrũ.

Prælati non exigant pecunias a subditis.

Quomodo intelligũtur cõtributiones pecuniarum.

priuatus. d Volumus, & declaramus contribuentes huiusmodi intelligi debere, si in modum exactionum, vel extorsionum, tam ex parte dantium, quam recipientium factæ fuerunt. Non autẽ in modum eleemosynarum supradictum: quem volumus in suo robore permanere; quòd si forsan taliter obseruatum non extiterit: huiusmodi priuationũ in quocunque dictarum constitutionum, per eundem Cardinalem (vt præfertur) editarum, loco tanguntur, diffinitionem, & determinationem solùm spectare ad summum pontificem, quo ad ministrum generalem: & ad generalem ministrum, quo ad ministros prouinciales: & ad prouinciales ministros, quo ad alios fratres antedictos. Quas quidem omnes, & singulas additiones, & declarationes, & modificationes per nos (vt præmittur) factas à quibuscunque fratribus dicti ordinis minorum, & alijs quorum intererit, seu interesse poterit, perpetuo, & irrefragabiliter obseruari volumus, & mandamus. Hæc hactenus Eugenius. Quę omnia Pius secũdus reualidauit, renouauit, confirmauit, & approbauit, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, in perpetuumq; vigere decreuit · supplens omnes, & singulos defectus, siqui forsan in eisdem literis Martini interueniissent. Non obstantibus quacunque reuocatione, ad tempus suspensione, cæteris que contrarijs quibuscunque. Iccirco non vult generale capitulum, nec acceptat aliam arctiorem constitutionem circa prædicta. Quę omnia generalis ministri consilio reseruamus, tam de familia, quam de alijs: cum noua tempora nouos exigant modos: nec videmus aliter necessitati prælatorum posse succurri. e Teneantur tamen ministri visitare illos conuentus, & loca, qui sub nomine strictioris obseruantiæ, conscientiam habentes maiorem de aliorum salute, quam de sua, nolunt per suos procuratores, ordinis amicos concurrere in huiusmodi ordinis expensis, omnino ineuitabilibus:

De conuentibus strictioris obseruantię. Visitẽtur a ministris loca, et fratres sub nomine strictioris obser.

libus: sicut in bullis impetrandis, litigijs, publicis scripturis, subuentionibus, procurationibus, aduocationibus, & alijs similibus. Et si inuenerint illorum fratres, per procuratores eleemosynas fratrum recipientes, in suis necessitatibus sustentari velle, doceant multò magis eisdem eleemosynis prælatos cões in publicis negocijs subueniẽdos esse: quia nemo suis stipendijs militat. Cum aliter in uisitationib⁹, & peregrinationibus durare nõ possent. Et si ꝑtinaciter aliter sentirẽt: tanquã indiscreti, & opinionis erroneæ reijciantur. *f* Cõcedit ẽt generale capl'm, ꝙ in visitatione ordinis, ꝓpter varia frm̃ idiomata, & linguas possit sibi substituere aliquẽ socium illius regiõis, vel alterum, qui mores, & linguã illi⁹ pr̃iæ nouerit: ne cum superflua sociorũ multitudine ꝓuincias grauet. Idem dicitur de scriptoribus. Et si eos, vel alterũ eorũ, vt Benedictus. XII. innuit, mori, vel impediri contigerit: valeat loco eius, vel eorum aliũ, vel alios secũdũ modũ pręmissum, de cõsilio aliquorũ discretorũ subrogare. *g* Prouideatur ẽt sibi, & socijs moderatè in suis necessarijs per cõuentus, seu custodias, quãdo inde trãsitum fecerit: ꝓut est hacten⁹ in ordine cõsuetũ. *h* Ip̃e vero generalis minister pro se, & his, qui secũ erũt, non ꝑmittat, immo fieri ꝓhibeat, excessiuas expẽsas, & in recessu suo scriptor ord. sũmã expẽsarũ, videat & ꝓpria muniat manu. *i* De his aũt q̃ sibi rõne personæ, vel officij dari, vel legari, vel offerri vndecũque cõtingat ꝑ suum eleemosynarium, vt supra dictũ est, reddat in capl'o generali fideliter rõnem. *k* Quilibet ẽt prouincialis minister, de consilio ꝓuincialis capituli, vnum socium prouidum, & discretum ducere teneatur: & vnum scriptorem fidelẽ: & vnum honestum seruitorem, si idẽ socius ꝓ scriptore non suffecerit: quorum necessitatibus ꝑ conuentus, & loca suæ prouinciæ prouideatur, sicut supra dcm̃ est de generali ministro. Cum autem p̃dicti generalis, & prouin-

Quòd fratres hmõi conueniant ad expẽsas ordinis.

Poßunt substitui socij, & subrogari scriptores.

Prouisio prælato fienda cum visitat: quæ fiat moderatè.

Scriptor ordinis videat expẽsas, quæ fiunt in conuentu progenerali.

De datis generali ratio in capitulo generali reddatur.

cialis ministri de loco ad locum conducentur a fratribus; prouideatur ne in huiusmodi conductione fiant immoderatę expensę: nec habeant a conuentu, nisi duos fratres qui eos conducant ꝑ hmõi expẽsis faciẽdis. *l* Possit tñ generalis in qualibet prouincia ministrum illius prouinciæ secũ conducere; maximè si illa reformatione indigeret. *m* Et qñ aliqui conuentus, & loca, quæ sita sunt, vnde frequentiùs generalis, & prouinciales ministri transitum faciunt: ne illa solùm hmõi expensarum onera sustineant; decernit præsens generale capitulum, ꝙ omnes hmõi expensæ taxentur per prouincialem ministrum in tota prouincia, secundum locorum, & conuentuũ ꝓportionem. & hoc vbi conuentus prętatorum iudicio non sufficerent. Idem sit iudicium, & decretum de quibuscunq; alijs expensis, per ꝓuinciarum procuratores persoluendis ita vt secundum custodias fiat prouisio. Nec ipsæ custodiæ iuxta numerum locorum, & conuentuum exhibeant, sed secundũ eorum qualitatem dehinc fiat prouisio: ita vt vbi locus defecerit: conuentus potior, vel custodia, vel prouincia succurrat, & hoc vbi manifestè notari posset locorũ impotentia. Quorum omniũ custodes & conuentuum guardiani curam gerant: aliter tanquã inutiles in officijs non ponantur. *n* In prędictis autem eleemosynis conuentuum, & locorũ talis ordo seruetur: vt primo ex his satisfiat expensis communibus totius ordinis. Secundo expensis cõmunibus prouincię. Tertio custodiarũ. Quartò conuentuum, & locorum in cõmuni. Quintò priuatorum fratrum. Demũ guardiano: nisi aliò cõmigraturus esset. Et qui aliter fecerit, vel senserit in officijs ordinis non ponatur. *o* Item diffinitur, ꝙ custodes possint ꝑcipere guardianis in omnibus prædictis expensis: & ministri custodibus. *p* Et omnes custodes teneantur videre registra: sicut dictum est. Obligentur etiam computũ, & rõnes guardianorum discurrere, consolidare

Minister secum socium ducat, & seruitorem.

Ducatur minister prouinciæ a generali.

Expensę taxandæ per prouincialẽ ministrum.

De ordine expensarum.

Custodes possunt præcipere guardianis.

dare, & errata corrigere. Aliter priuentur veſtimen to illius anni ſibi debito. Et illi tribuatur, qui loco eius iuſſu miniſtri ſatisfecerit. Ante omnia aũt videã tur bona ſacrarij, infirmariæ dormitorij, & cæterorũ locorum: ſinitidè, & honorificè cuſtodiãtur. q Nec poſſint aliquibus extra ordinem cõmorandi licentiã quocunque caſu dare. nec etiam puinciales miniſtri, ſub pęna excommunicationis latæ ſententiæ, & ſuſpenſionis ſuorum officiorum: etiam ſi in beneficijs, vel in hęremitorijs curent permanere: immo licentiatos reuocent ex nouo pontificis mandato. r Ordinat etiam præfatum generale capitulum cum generali miniſtro, vt guardiani in menſa, & choro, in proceſſionibus, & in omnibus alijs locis, vbi eſſet ſuorum fratrum congregatio, præcedant oĉs ſibi ſubditos, etiã bachalarios, magiſtros, & alios, qui in maiori prælatione non erunt, cũ iuriſditio, & prælatura oẽm aliam priuatam dignitatẽ excedat, nec iura ferant ſubditos ſuis præponi prælatis. ſ Iccirco ſtatuitur, vt hi guardiani conuentuũ præponantur, qui fuerint integritate, doctrina, ac prudentia, & ætate conſpicui, ne magiſtros, & ſolennes viros pudeat talibus ſubijci. t Item ſcđm quòd cauetur cõſtitutione Martini, nullus miniſter in ſtituat vicarios, & cõmiſſarios in prouincijs, & cõuenti bus, niſi in cauſis neceſſarijs, & euidẽter opportunis ad certum tempus, vel in cauſa reformationis. Quibus expletis dictũ vicariatus, & cõmiſſariatus officiũ expiret. u Præcipitur etiã ꝙ nullus frater cuiuſcunq; conditionis, etiã ſi fuerit magiſter, ſub pęna priuationis actuũ legitimorum, & inhabilitationis ad officia ordinis per decennium, preſumat retinere aliquem locum in commenda, niſi in caſu reformationis, & alterius ſpecialis commiſſionis, vt ſupra dictũ eſt. In cõmenda aũt dicimus, qñ vltra annum de cõuentu, de guardiano, de fratribus, & alijs eleemoſynis diſponit, vt miniſtri viſitatione non videatur indigere. Poſſint tñ guardianorum titulo interdum perſonis præſtantibus commendari, dũmo-

Guardiani quoſcunque pręcedant.

Qualis debet eſſe guardianus.

Quando fieri debet vicarius, vel commiſſarius a miniſtris.

Non teneantur loca in commenda, niſi in caſu reformationis.

dummodo custodibus, & ministris visitantibus solitam de omnibus reddant rõnem; *x* Iuxta constitutionem generalem Mcccl xxxvij. anno dñi editam præcipitur, ꝙ nullus guardianus possit extra dormitoriũ aliorum frũm dormire, nisi fuerit sufficiẽs cã à ministro admissa, sub pęna priuationis officij sui. *y* Ob hanc rem statuitur, quòd in omni cõuentu tali officio camera deputetur. Et si aliqua hactenus deputata fuerit ab aliquo, quacunq; concessione occupata, per ministros restituatur. Et eadem rõne in quolibet conuentu fit vna cella officio ministrorum, vel generalis deputata, quã nullus alicuius gradus, & dignitatis inhabitare audeat nisi in quantum in illius curam fuerit sibi commissum, ita quòd ministri visitantes in propria officij, & non alicuius alterius camera hospitari videantur, ne fratres erubescant, quæ ad ordinis honestatem spectant, respectu cuiuscunq; ad ministros intrare. *a* Alij aũt frẽs, & maximè iuuenes, qui non fuerint gradati, ętate, & ꝑbitate pręcipui nullatenus habitent extra dormitoriũ, nec etiam vbi possit aliunde haberi ingressus, quã per commune ostium dormitorij. Et ad eorum ambitionẽ, & multarum contemptionum cãm amouendam, nolumus vigore cuiuscumq; constitutionis conuentualis, vel prouincialis inter patres, & de discretorum numero, intelligi eos, qui fuerint custodes, vel solennium cõuentuum guardiani, vel in alio officio occupati, nisi de more, & scdm præsentes constitutiones, ascripti, & acceptati per suos ministros fuerint. Et de huiusmodi visitatores diligenter inquirant.

Guardiani non dormiãt extra dormitorium. Deputetur camera officio guardiani, & ministri, & generalis.

Non gradati non dormiant extra dormitoriũ.

De procuratore ordinis.

Qualis debeat esse procurator ordinis

b PRocurator ordinis generalis, quemadmodũ Benedictus duodecimus determinauit, ꝑ ministrũ generalem in generali capitulo constituatur, habito prius

prius ipsius capituli, vel maioris partis consilio, quisit vir præclarus, doctrina, prudentia, vitæ sanctimonia, & ætate, nõ cupidus, nec ambitiosus, fidelis, & sollicitus, & obediens generali ministro, paratus pro republica ordinis, & pro obseruantia, & defensione regulæ, & cõstitutionum nostrarum omnia perpeti. Et singulis annis generalis minister eum, vel aliũ de nouo instituat. Quæ institutio in scriptis appareat. c In quolibet ẽt capitulo generali requiratur ministrorum, & diffinitorum consilium, an videlicet huiusmodi procurator sit in officio retinendus, an sibi alius subrogandus, sed potius esset amouendus. d Sit aũt potissima, & sufficiens cã eius amotionis, maximè hoc vniuersalis reformationis tpe, si ipse præ cæteris irreformatus, reformationi ordinis totis viribus non fauerit, & coram pontifice, & alijs dominis cardinalibus non iuuerit. Si per incuriam suam contra libertatem nostri ordinis fuerit impetratum aliquid. Si contra conuentiones conuentus a ministrorum obediẽtia auferri permiserit. Si frẽs discurrentes, & sine licentijs ministrorum, capituli consensu ad curiã aduentantes non punierit, & statim eiecerit. Si passus fuerit ab eis cõfessiones prohibitas audiri, & beneficijs, vel alijs locis seruire, vt supra dictum est. Super quibus generalis ordinis maximè inuigilet. e Propterea mandatur ministro prouinciæ, & guardiano illius conuentus, vbi curia fuerit, q̃ suis litteris statim generali significet, si procurator in p̃dictis, & alijs delinqueret. Qui cognita veritate, per se, vel suum cõmissarium, de maturo bonorum, & discretorum fratrũ dicti ordinis consilio, illum tollat, & eorundem consilio alium sufficientẽ, & idoneũ constituat. Idem faciat pro inutilitate, insufficientia, negligentia, & eius infidelitate. Idem etiam, si præfatum mori, vel ægritudine diutina detineri, aut alias sic impediri cõtingat, quòd commodè exequi officium procurationis non valeat. Si autem huiusmodi procurator fuerit cismontanus,

Causa amotionis procuratoris.

Procuratorũ alter sit cis-

assigne-

montanus: alter vero vltramõtanus.

assignetur ei per dictum generalem ministrum socius vltramontanus, & econuerso. Qui in assumendis, & prosequendis, exponendis, & recipiendis, defendendis, & assistendis cũ procuratore semper debeat esse, & in scriptis cuncta notare, & reddere rationem. *f* Et vt constitutiones Farineriæ volunt: antequam suum officium exequantur, præstent generali ministro, vel illi, cui in speciali duxerit committendum, corporale iuramentum, ꝙ suum officium fideliter exequentur. Forma aũt iuramenti hæc sit: Ego frater. P. ordinis minorum, &

De iuramẽto procuratorũ: & eius forma.

reuerendi patris generalis ministri in Romana curia procurator promitto esse fidelis dicto ordini, & Reuerendo patri generali ministro, ac eius officio, & successoribus canonicè intrantibus, in sumendis, prosequendis, & defendendis causis omnibus cõmissum mihi officium tangẽtibus, nec vnquam verbo, vel scripto, nec facto consiliarius ero alicuius consilij, tractatus, & informationis, quæ in præiudicium dicti ordinis, vel ipsius generalis ministri, & eius officij, aut successorũ suorum, possint, & valeant redundare, & de commisso mihi procurationis officio fideliùs, quam potero, & sciuero, scd̃m Deum, & conscientiam rectã me habebo. Sic Deus me adiuuet, & hæc sancta Dei euangelia. Idem iuramentum socius præstet. *g* Ordinamus etiam, ꝙ dictus procurator institutus in Romana curia, à suo prædecessore, vel socio, tam priuilegia, quam literas, & instrumenta causarum ordinis in Romana curia, aliarũ que rerum statum: & quodcunque procurationis officium tangentia, sub inuentario, & speciali registro recipiat, in præsentia guardiani loci curiæ prædictæ, & aliquorum discretorum fratrum, ad hoc specialiter vocatorum. Guardianus vero omnia, quæ dictus ꝓcurator recipiet, transcribi faciat, & in arca, in qua sigillum conuentus reconditur, illam copiam diligenter custodiri procuret. Et quando ordinabitur alius procurator: videatur accuratè si ea, quæ eidem pro

Sub inuentario procuratores omnia recipiant.

cura-

curatori fuerant tradita, eisdem inuentarijs, ad inuicem collatis, integrè, & fideliter resignentur. *h* Teneatur etiam procurator, & socius eius ad generale capitulũ proficisci & tam de causis motis in consistorio, & in audientia, tangentibus ordinem, & prouincias, quam de receptis, & expensis (vt dictum est) reddere rationem. *i* Item dictus procurator, immediatè post ministros, resignet officium: & se, vt cæteri, accuset, ac veniam postulet. *k* Generalis, & procurator ordinis (vt sæpe Benedictus nominatus duodecimus innuit) victum recipiant à conuentu loci, vbi erit Romana curia. Omnia alia necessaria procurator ordinis cum socio. s. vestitum, & alia à ministris prouincialibus in generali capitulo, vel extra suscipiat: & de his omnibus, & alijs vndecunque aduenientibus sibi, ratione personę, vel officij in capitulo generali reddat fideliter rationem. Et caueat, si fieri potest, ab excessiuis expensiis, & recognitionibus: & seruet tamen in omnibus mediocritatem, & laudabilem consuetudinem. Hortamur autem conuentus, & loca, & eorum fratres, vt dicto procuratori pro sustentatione sua, & sui socij moderatè subueniant, cum hodie cõuentuum penuria conuentus ille, vbi moram trahit, procuratoris expensis fortè non sufficiat. *l* Item qui libet minister in capitulo generali, pro subsequenti triennio, procurare studeat per amicos spirituales, quatuor aureos ꝑ aduocatis, & defensoribus causarũ nostrarum, & alijs consuetis contributionibus illi loco Romanę curiæ: & ordinis sanctæ Clarę. Faciatq; vt quilibet inquisitor hæreticæ prauitatis, pro causis sui officij defendendis, tres florenos, vel id quod est hactenus consuetum procuratori satisfaciat. Hęc huiusmodi recepta à dictis ministris expendere teneantur, vt inquit Benedictus, pro particularibus conuentibus, seu personis, sed pro cõmunibus causis, & negocijs pro vtilitate cõmuni totius ordinis. *m* Insuꝑ præ-

In generali capitulo de cunctis reddant rationẽ

De resignatione procur. De victu procur. & etiã ipsius generalis.

Contributiofienda procuratori ordinis seculari in curia.

præcipit generalis minister, & ordinat: q̃ procurator ordinis non amplius moram trahat in Ecclesia sancti Saluatoris in vnda in curia Romana: sed in conuentu sanctorum Apostolorum: saltem donec conuentus ille fuerit completus. Et si fieri potest: ibire fideat generalis minister ordinis: & in Ecclesia sancti Saluatoris, vt indulta pontificum concedunt, stet vnus capellanus: & de omnibus prouentibus illius Ecclesię, ex prędicta concessione Apostolica, expensis fratrum, & ordinis, secundum generalis ministri dispositionem, prouideatur. n Possit etiam ipse generalis minister, sicut ordinatum fuit in capitulo Bonon. multis superuenientibus causis, & dissensionibus in ordine suscitatis, duos procuratores deligere: cismontanum, scilicet, & vltramontanum, vel eiusdem nationis si aliter subueniri non posset; dummodo non sit minister, vel in alio officio solenni, vt dictum est.

De habitatione procuratoris ordinis.

Potestas ministri generalis de eligendo duos procuratores.

o Confirmatur etiam constitutio Cremonæ, & Assisij, totius capituli consensu promulgata: vt nullus prælatus, nec fratres admittant expensas illi quas, de curia reuersus, se fecisse asseruerit in causis ordinis expeditis, vel expediendis: nisi retulerit eas taxatas manu procuratoris ordinis, ac subscriptas: & de his proprijs literis fecerit testimonium. Nam maiores sępè expensas, quam fecerint, scribunt nuncij. Nec possint de cætero fratres missi ad curiã pro voto id, quòd notabile, est dissipare: sed eo ordine, quem sibi procurator decreuerit in hospitio: victu: & alijs. Alioquin redeuntes, sint priuati omnibus actibus legitimis. Nec absoluantur, nisi prius literæ procuratoris reddãtur de eorum innocentia: & q̃ nil restituere teneantur. Aduertat etiam procurator totis viribus, ne impetrari sinat aliqua à fratribus, quæ sint contra præsentes reformationes. Et si quocunque casu aliquid fuerit extortum à prælatis, & à fratribus non admittatur. Non enim præsumi debet Papam velle constitutiones

Reuertentes ex vrbe portent expẽsas taxatas in scriptis a procuratore ordinis.

ordinis

ordinis tollere: sed ex surreptione concessisse. Et vbi nulla appareret surreptio: appellent prælati, & habeant ad Papam recursum, sumptibus prouinciæ; si illius fratris perturbantis ordinem eleemosynæ non suppeterēt. Iccirco mādatur omnibus prælatis, & fratribus ordinis: vt nullo mō magistratos, vel magistrādos, præter ordinem constitutionum nostrarum, vel alijs promotionibus promotos, in ordine admittant: sed sint tanquā simplices fratres: & vlterius puniantur. non obstantibus quibuscunque breuibus: quæ Alexander sextus reuocauit expresse. Idem dicitur de exemptis, & beneficiatis: in quantum superius dictis non repugnaret.

Suffragia pro viuis, & defunctis.

QVoniā ordo Minorū in statu paupertatis erigit nec sine multis nobis illatis bñficijs, & gratijs, & sine fidelium eleemosinis consistere valet: Statuimus iuxta veterē consuetudinem, ac generales constitutiones: vt pro aliquali parte referendarum gratiarum: & pro satisfactione debitorum nostrorum, vt possumus, vt in toto ordine publicè preces ad Deū fundantur pro statu sanctissimi dñi nostri Alexandri sexti & totius suæ familiæ, vt scdm suam clementiam eos dirigat in viam salutis æternæ. Idē fiat pro salute reuerendissimi dñi Iuliani Cardinalis sancti Petri ad vincula protectoris ordinis, Dñi Georgij Cardinalis Vlixboneñ. vice protectoris. Dñi Antoniotti Cardinalis sanctę Praxedis, & dñi Pauli Canonici Patauini. Pro quorum quolibet dicatur missa vna. Et qui nō fuerint sacerdotes, centies Pater noster. Item pro omnibus fratribus in ordine nostro decedētibus, quilibet sacerdos, nisi contingat eum languore, vel itinere præpediri, qualibet hebdomada de mortuis celebret vnam missam, vel appropriatam collectā mortuorū. Cęteri

Suffragia pro viuis, ac defunctis.

vero fratres clerici dicant vnam vigiliam nouem lectionum. Laici vero centies Pater noster: & totiens, Aue maria. Et hoc si obmittatur in vna hebdomada, possit suppleri in alia, omnibus statutis capitulorũ prouincialium, quæ ad hoc pertinent, reuocatis. Ordinamus etiam, ꝙ pro fratribus nostris, & familiaribus defunctis, quorum commendatio facta fuerit in capitulo geñali, quilibet sacerdos annuatim celebret vnã missam de mortuis. Et singuli clerici quinquaginta psalmos; Laici vero cẽties Pater noster. Et pro viuis familiaribus missa, psalmi, & totidem Pater noster ꝙ soluantur. Ordinamus, vt pro Cardinalibus, qui in ordinis regimine decesserint, à quolibet sacerdote ordinis tres missę celebrentur, & a quolibet clerico vnũ psalterium: & a quolibet laico. c c c. Pater noster. Et idem fiat pro gñali ministro in officio decedente, & pro illis, qui vadunt ad generale capitulum: si tunc accidat eos mori, vna missa dicatur à quolibet sacerdote. Et similiter fiat pro procura. ord. in curia in officio decedente. Officium pro bñfactoribus, & defunctis fratribus, & pro his, qui in cimiterijs nostris sunt sepulti, solenniter ter in anno celebretur: scilicet, proxima die ante festum beatæ Magdalenæ. & ꝙ xima die ante festũ sancti Michaelis & feria secunda post Dominicam septuagesimæ. Similiter officiũ fiat pro patribus, & matribus omnium fratrum. Vltimo die feriali ante aduentum, clerici vesperas, & vigiliã cum nouem lectionibus, & missam cantent. Laici dicant centum Pater noster. Ordinamus, vt in quolibet conuentu hebdomadarius habeatur, qui missam alternatim pro viuis, & mortuis celebret: vel etiam recommendet pro illis, qui recommendantur ordini in qualibet regione. Item singulis annis pro hospitibus qui in itinere fratres recipiunt: infra octauam beati Francisci, in honore ipsius sibi approprietur vna missa conuentualis: & vna priuata à quolibet sacerdote, &

à quo;

à quolibet clerico .l. psalmi, & a quolibet laico, centum Pater noster. Item mandatur quòd omnes in fra- scripti obitus in Kalendarijs notẽtur, & singulis annis suo celebrentur die. Obitus dñi Innocentij tertij xv. Kal. Augusti. Obitus dñi Gregorij Papæ nono Kal. Septemb. Obitus dñi Innocentij Papæ quarti. quarto idus Septembris. Obitus dñi Alexandri quarti in vigilia translationis beati Francisci. Obitus dñi Martini Papæ quarti. iii. Kal. Aprilis celebretur. Obitus dñi Nicolai Papæ iiii. Pridie nonas Apriℓ. Obitus Illustrissimę dominæ Iohannę quondã reginæ Franciæ pridie nonas Maij. Obitus dñi Alexandri Papæ sexti tunc, qñ erit ea die fiet. Obitus præfati dñi Card. sancti Petri ad vincula, qñ erit. Et obitus præfati dñi Cardinalis Vlixboneñ. quando erit. Obitus etiã dñi Antoniotti Cardinalis sanctę Praxedis: qui multũ in hmõi reformationibus insudauit: similiter qñ erit.

De officio prędicationis Cap. nonum.

FRatres non prædicent in Episcopatu alicuius Episcopi: cum ab eo illis fuerit contradictum. Et nullus fratrum populo penitus audeat prædicare: nisi à ministro generali huius fraternitatis fuerit examinatus, & approbatus: & ab eo officium prædicationis sibi concessum. Moneo quoque, & exhortor fratres: ut in prædicatione, quam faciunt, sint examinata, & casta eorum eloquia: ad vtilitatem, & ædificationem populi, annunciando eis vitia, & virtutes penam, & gloriam: cũ breuitate sermonis: quia verbum abbreuiatum fecit dñs. super terram.

Fratres non prædicent in Episcopatu, Episcopo contradicente.

q Circa hoc nonum capitulū; in quo agitur de prędicatoribus declaratur, ꝙ in Ecclesia subdita ipsi episcopo, eo contradicente, fratres nostri prædicare non possint. In Monasterijs autē fratrum nostrorum, aut sororum, quæ sunt exempta, etiam ipso contradicente possunt prædicare, nisi ipse actu prædicare intenderet. In alijs autem seruetur constitutio Martini .v. atque ipsius declaratio, quæ talis est. r Nullus fratrum pręsumat prędicare, nisi a generali ministro, vel prouinciali in capitulo prouinciæ, vel ab illis, quibus concessum fuerit ab ipso generali ministro, examinatus extiterit, & approbatus, & ab eo officiū prædicationis sibi fuerit concessum. Possunt tamen præfati ministri licentiam prædicandi concessam reuocare, & retrahere, & suspendere, quotiens, qñ, & sicut eis videbitur expedire, iuxta declarationē Nicolai ī decretali. Exijt qui seminat. s Nullus aūt ad hoc officiū admittatur nisi fuerit sacerdos, vel diaconus, ætatis saltē quinq; & viginti annorū, & sit vita, & moribus cōprobatus, cuius doctrina meritò populi ędificari valeant sine scādalo.

De ętate admittendorū ad prędicandum.

Non prædicetur contra libertatem Ecclesiæ Romanæ.

t Caueant aūt ne quicquā pdicare audeant, aut præsumant contra libertatem sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ, & non audeant personis Ecclesiasticis detrahere, vel (quod absit) scandalum contra clerum, vel religionem aliquam excitare, aut personam aliquam prędictem criminaliter nominare, sed potius contra hęreses & scismata populos fideliter, & dignè, animare, & in fidei orthodoxæ veritate firmare. Et præcipuè inuehantur contra bohemicam hæresim, & alias modernas si quæ emerserint. u Si quis aūt temerariè contra statum, honorem, dignitatem, & ecclesiasticā libertatem prædicare præsumpserit, ipso facto prędicationis officio, & omni actu legitimo sit priuatus. ꝙ si post eiusmodi priuationem præsumpserit prędicare, per suos prędictos, omni appellatione postposita, omniq; alio subterfugio remoto, carceribus mancipetur. Qui pręlati,

lati, si in prædictis fuerint negligentes, in eandē pę-
nam se nouerint incidisse: nisi legitima, & rationabi
li causa sese de impotentia excusarent. Super quibus
prælatis negligentibus, prædicatoribus delinquenti
bus ordinarij locorum plenam iurisditionem habeāt,
puniendi eos, & incarcerandi, sine alio processu. Ad
quòd cum opus fuerit: ipsi ordinarij valeant inuocare
brachium seculare. Hęc sūt Martini. Sed Sixtus quar
tus hoc vltimū, videlicet, ꝙ locorū ordinarij cōtra fra-
tres procedere possint in casu vllo, in mari magno vi-
detur reuocasse. x Ordinatur item iuxta eundem
Martinum, quòd nullus fratrū in alienis Ecclesijs ad
scandalum ordinis, & dedecus valeat prædicare: nisi
in terris vbi fuerit pro tpe consuetum, nec tñ sine li-
centia prelatorum ordinis. Neque prędicent vanas,
& inutiles vanitates, seu nouitates, vel materias, quę
scandalum, non pharisæorum, quod solum est acce-
ptum, sed verū & clarè possint verisimiliter generare. y
Statuit pręterea vniuersum capitulum generale, vna
cum generali ministro, vt pro vnione, & pace inter frēs
conuentuales, & frēs de familia, aut aliarum congrega
tionum sub vexillo diui Francisci militantium, conser
uanda, nullus conuentualis audeat in locis fratrum de
familia, aut aliarum eiusmodi congregationū prædi-
care, aut confessiones audire, sine licentia expressa in
scriptis obtenta non solū sui superioris, sed etiam eorū
vicarij, aut illius congregationis præsidentis. Simili-
ter frēs de familia, & aliarum congregationū non pos-
sint neque prædicare, neque confessiones audire in cō
uentibus, sine expressa, & in scriptis obtenta ministri li
centia, quæ nunquam concedatur cum scandalo, & of
fensione illorum fratrum, vbi esset prædicandum, ēt si
populus oī peteret instantia. Nascuntur enim ob id ri-
xæ, atque litigia plurima in ordine, & seditio in popu
lo, & sæpiùs (quod dictu abhominabile) ipsi prædicato
res, qui cōtra vitia, & peccata exclamant, horribile de-

Prelati diligenter inuigilent circa prædicatores.

Non prædicetur vbi fuerit locus fratrum de familia tantū.

tra-

tractionis pctũ publicè comittunt, inuehentes vnus in alium, sub ſpecie charitatis, quibuſdã morſibus diſputantes de regula, & conſtitutionibus in pleno ad inuitcem populo, non in regulæ ac beati Franciſci laudem ſed vt alios contemptibiles gentibus reddant, tanquã propriæ regulæ tranſgreſſores, & vt ſibi gloriam, cum ipſis hoĩbus veræ profeſſionis, & nomen aſciſcant. Non alia de cauſa Xp̃s iuſtitiam phariſæi exprobrauit, culpamque extulit publicani, vt dictũ eſt. Vt igitur talis tollatur abuſio, oẽs tales quacunq; profeſſione, vel cõuentualitatis, vel obſeruantię cenſeantur, excommunicamus, & volumus ſiqñ contingat a prædicantibus aliquid pronunciari, qđ vergat in infamiam, & damnum frũm, in particulari, vel vniuerſali, ꝙ a fratribus interrumpantur, & ſi opus eſt concluſionibus, & alijs pęnis confundantur. *a* Præterea ſtatuitur, & ordinatur, vt quicumque aliquid contra Romanum pontificem, aut ſtatum eccleſiæ, aũt contra reuerendiſſimos cardinales patres eccleſiæ Dei præcipuos, ſiue contra quemcunq; alium, in eccleſiaſtica dignitate conſtitutum, oblocutus fuerit, in genere, vel ſpecie, ipſo facto ſit excõicatus, neq; vlterius ſibi prædicare permittatur, ſub pęna interdicti. Et hoc extenditur ad quoſcunque prædicatores cuiuſcumq; cõgregationis extiterint, ẽt ſi eſſent frẽs de familia, & de Amadeo, & eiuſmodi, & hoc vbicumque prædicauerint. Hoc aũt edictum ſit auctoritate ſanctiſſimi dñi noſtri Alexandri huius noĩs Papæ ſexti, quam ſua beatitudo magiſtro Egidio Amerino, totius ordinis noſtri generali miniſtro, viuę vocis oraculo expreſſit, & cum auctoritate ad vlteriores pęnas procedendi. *b* Statuitur item, & ordinatur, ꝙ nullus frater tempore quadrageſimali extra loca, & conuentus noſtros audeat prędicare, pręſertim ſi fuerit a miniſtro ſuo requiſitus. Si tñ non haberet conuentum in ordine ad prædicandum, poterit prædicare alibi, vbi poterit, tñ ſemper cum licentia miniſtri. Et ſi aliquis a miniſtro

Pœna obloquentium cõtra Ro. Pon. in prædicando.

Frẽs non prædicent extra cõuentum, ſi miniſter eos alibi deputauerit.

stro requisitus obedire cõtempserit, si gradum hẽt, aut officium, eo ipso facto sit priuatus. Si vero non habet, sit priuatus actibus legitimis, & si videbitur carceri mã cipetur. c Præterea ordinaẽ, & statuitur, ꝙ ministri & & diffinitores in capitulo prouinciali prouideant de prædicatoribus in tota prouincia. Et si aliqui supererunt, concedantur alijs indigentibus, & requirẽtibus, etiam extra ordinem. d Ordinatur denique, & statuitur, ex mandato dñi Innocentij octaui, ꝙ nullus cuiuscunque gradus, aut conditionis fuerit, indulgẽtias sancti spiritus de vrbe, aut alias hmõi, & maximè eorum, qui Cerretani dicuntur, prædicare præsumat, sine licentia generalis ministri, sub pœna, quæ debetur apostatis, & vagabundis. Et nunquã possint de aliquo precio conuenire, sed semper stent consuetudini probatæ. Aliter tãquam symoniaci iudicentur. Superætate possint ministri dispensare. e Eodem modo sæpè dictum capitulum cum generali ministro ordinat, vt nullus ad confessiones audiẽdas admittatur, qui nesciuerit decernere inter lepram, & lepram, hoc est inter mortale, & veniale, & inter circunstãtias aggrauãtes, & in aliã speciem peccatum trahentes, & inter casus episcopo, & summo pontifici de iure reseruatos. Talium ignorãtia quippe nocet confitenti. Laqueus vero, & immane præcipitium est confessori. f Admissi autem admoneãtur, ne despiciant pauperem, neque respiciant in vultum potentis, sed omnes complectantur, eademque fronte pauperem, qua & diuitem audiant. g Nullus insuper confessor audeat extorquere nummos, aut alia munuscula à pœnitente, sed iniungat ei pœnitẽtiam discretam, scdm Deum. Auaris diuitibus, eleemosynam, Gulæ, & luxuriæ laborantibus, abstinentiam, & carnis macerationem, Vitio mentis oppressis orationem, Si tñ auarus pauper, aut libidinosus delicatus foret, pœnitentiam commutet. h Caueatque ne lignum fumigans penitus extinguat, aut arundinem quassatam

Diffinitores capituli prouideant de prædicatoribus in prouincia.

Non prædicetur indulgentia sancti Spiritus, sine licentia generalis ministri

De conditione confessoris

Pœnitentia sit conformis peccato.

pror-

prorsus confringat. Et si casu pœnitentia pecuniaria esset imponenda, non trahant eam ad seipsos, sed in arbitrio pœnitentis, si de iure ad aliquem specialiter non deuoluatur, relinquant. *i* Si tamen liberaliter, & spõte aliqua eleemosyna confessori tribuatur, eam pro se, & suorum frũm necessitate, poterit cum puritate conscientiæ percipere, & hoc si pecunia sit per manus procuratoris, vel alio modo vocationi, & his constitutionibus non repugnans, recipienda. *k* Sciant aũt confessores omnes pœnitẽtias hodie esse arbitrarias. Intimẽt attamen pœnitentibus, quot, quantaq; pro suis peccatis deberent pati, patienturque, nisi sese cõtritione vehementi, quæ omnem pœnitentiam delet, aut voluntaria satisfactione, vel certè ecclesiæ indulgentijs adiuuare procurauerint. *l* Itẽ nullus audiat confessiones, nisi fuerit promotus à prouinciali ministro, de diffinitorum consilio, & nisi de hoc patentes receperint litteras. Et non audiant, nisi certis horis à præsidente, seu prouinciali capitulo, statutis. *m* Ad confessiones præterea mulierũ audiendas, non admittãtur nisi viri probati, maturi, bonæ famæ, de quibus nulla possit oriri suspicio. Et ante vigesimũ octauum annũ eiusmodi exercere officium, maximè mulierum, non admittantur, nisi doctrina, & studium continuatum suppleant, & debitũ studẽdi à ministro receperint sine fraude, & sit spes de studendi prosecutione. *n* Et si quis, tã studentiũ, q̃ nõ studentium aliquod scandalũ cõmiserit, vel post trinã admonitionem fuerit rebellis prælatis suis, sine licentia generalis ministri, vltra alias pœnas, alibi positas, illo anno nullatenus audiat seculariũ confessiones. Idẽ dicitur de publica, & probata, vel conuicta laborantibus infamia. Sæpè minus malum est carere doctis quã eisdem facinorosis, & mali exempli abũdare. Est enim ensem furioso committere. Tales interdum cõuentus prorsus exterminant. Caueant tñ prælati, ne multitudine eorum, qui audiunt confessiones, seculares cupiditatem

Caueant à pœnitẽtia pecuniaria.

Pro confessione aliquid eleemosynæ recipi potest.

Pœnitentia est arbitraria.

Promoti soli confessiones audiant: qui in capitulo p̃ moueantur.

Etas confessorum præsertim mulierũ.

Non sint crebra colloquia cũ mulieribus.

tatem iudicent cum scandalo. Sit præterea inter confessores competens spacium, nõ minus sex cubitorum vt etiam surdastro confitendi fiat copia. o Caueant insuper à prolixis,& crebris colloquijs mulierũ: iuxta quas non stent, nisi à socio videãtur. Et qui suspecti obueniunt, sub excommunicationis censura, à tali officio absoluantur. Et si quid certi de suspecto consortio, aut quid verisimile offeratur; pœnam dent, vt supra dictum est. Et si guardiani, & custodes præsentem constitutionem de confessionibus nõ seruauerint, sua illius conuentus, in quo deliquerint, priuentur Tunica. Quorum omnium executionem ministri per obedientiam fieri faciant.

Priuentur Tunica guardiani non obseruãtes hãc constitutionem.

De admonitione, & correctione fratrum. Capitulum Decimum.

FRatres, qui sunt ministri, serui aliorum fratrum, visitent, & moneant fratres suos, & humiliter, & charitatiuè corrigant eos: non præcipientes eis aliquid, quod sit contra animam suam, & regulam nostram. Fratres vero, qui sunt subditi, recordentur, ꝙ propter Deum abnegauerunt proprias voluntates. Vnde firmiter præcipio eis, vt obediant suis ministris in omnibus, quæ promiserunt domino obseruare, & non sint contraria animæ, & regulæ nostræ. Et vbicunque sunt fratres, qui scirent, & cognoscerent se non posse regulam spiritualiter obseruare, ad suos ministros debeant & possint recurrere. Ministri vero charitatiuè, & benignè eos

recipiant, & tantam familiaritatem habeant circa ipsos, vt dicere possint eis, & facere, sicut domini seruis suis. nam ita debet esse quòd ministri sint serui omnium fratrum. Moneo quoque & exhortor in domino Iesu Christo, vt caueant fratres ab omni superbia, vana gloria, inuidia, auaritia, cura, & sollicitudine huius seculi, detractione, & murmuratione. & nō curent nescientes literas literas discere, sed attendant, quòd super omnia desiderare debent habere spiritum domini, & sanctam eius operationem, orare sēper ad Deum puro corde, & habere humilitatem, patientiam in persecutione, & infirmitate, & diligere eos, qui nos persequuntur, reprehendunt, & arguunt, quia dicit dominus, Diligite inimicos vestros, orate pro persequentibus, & calumniantibus vos. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cęlorum qui autē perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

Vnde prouidendū sit studentibus.

CIrca hoc capitulum decimum ponitur primum constitutio Martiniana: quæ ita inquit. Statuimus, & ordinamus, vt hoc regulæ capitulum diligenter per ministros executioni, & debitè mandetur. Sequitur paulò post. ℘ Statuimus, ℘ ministri diligē ter, & sollicitè inuigilent reformationi studiorū: ita ℘ cuilibet literis operam danti, prouideatur de libris & alijs oportunis de communibus eleemosynis, vel de eleemosynis conuentuum natiuorum, aut quibus

fuissent

fuissent incorporati, ꝙ dent, & concedant eis exemptiones debitas: etiam ab aliquibus horis canonicis in choro publicè, quas tamen alias tenentur persoluere, prout congruum fuerit. Sequitur. Exhortamur aũt strictissimè, in visceribus charitatis Christi Iesu, cæteros fratres, cuiuscunque sint conuentus, seu loci, vt cum viderint aliquos idoneos ad literas capessendas, totis viribus eisdem impendant auxilium, consilium, & fauorem in quibuslibet oportunis, quærendo pro eis eleemosynas, committendo eos illis, qui possunt subuenire, eisdem quoque inseruiẽdo in quibuscunque poterunt. Cum scientia sit donum Dei: arma tura ad defendendam fidem Catholicam, corona ordinis, lumen veritatis, vita in tenebris ambulantiũ populorum. De hoc superius dictum est copiosiùs. Et infra. ꝙ Item vbi regula dicit: Vbicunque sunt fratres qui scirent, & cognoscerent se non posse regulam spiritualiter obseruare, ad suos ministros debeãt & possint recurrere. Declaratur, causas recurrendi ad ministrum esse, cum tali loco esset annexa proprietas, ꝙ videlicet fratres, tanquam domini, aliquid ipsi possiderent, sine procuratoribus summi pontificis, cuius sunt omnia bona ordinis. Ac etiam quãdo spreta mẽdicitate, ex qua possent sufficienter viuere, tenẽt possessiones, & habent horrea, sine quibus viuere ex assiduis eleemosynis possent. Si quoque tali loco esset annexa cura animarum: puta pueros baptizandi, & alia parochialia exercendi, possunt recurrere ad ministros. Similiter si domino reclamante ibi morarentur, aut quæstibus inhonestis occuparentur, contra declarationes summorum pontificum, aut quia ibi esset societas inhonesta, & insupportabilis, præsertim ruribus, & pusillis. Pro hmõi, & similibus causis concludit Martinus posse fratres recurrere ad suos ministros, qui eos benignè recipiant, & inde amoueant, & in locis deuotis, & spiritualibus paterno affectu collocent.

Causæ, quibus recurritur ad ministrum.

locent. r Præterea iuxta priſcas generales ſanctiones generalis cum aſſenſu totius capituli ordinat, & ſtatuit, vt a tertio anno in tertium totus ordo per viſitatores ſpeciales viſitetur, & quęlibet prouincia ꝑ vnũ viſitatorem viſitetur. Cui debetur ſocius diſcretus, qui in officio ei ſuccedat, tempore infirmitatis, vel caſu mortis, cum quo & poſſit viſitator conferre in dubijs. nec ſibi manifeſtet perſonas, de quibus agitur, ſi fieri poſſit bono modo. ſ Sit autem viſitator vir idoneus, honeſtus diſcretus, nullis perturbationibus animi irretitus, & zelo diuino feruẽs. Quãdo vero alterũ ipſorũ, añ ingreſſum prouinciæ viſitãdæ, decedere cõtingeret, vel legitimẽ ꝓpediri, cuſtos illius cuſtodię, vel guardianus in eius abſentia, teneatur ſuperſtiti de ſocio prouidere vſq; ad prouinciã viſitandã, ad quã cũ peruenerit, cuſtos primæ prouincię viſitãdę teneat ei extũc de ſocio prouidere. Ordinetur aũt in capitulo generali, quæ prouincia eſt quã debeat viſitare. Taliq; tꝑe incipiat viſitare, ꝙ expleta viſitatione ꝓuinciæ poſſint capl'o ꝓuinciali ꝙ immediatẽ celebrabitur añ capl'um generale, intereſſe. ꝙ ſi cauſa mortis gñalis miniſtri capitulum generale acceleraretur, ita ꝙ capitulum prouinciale prouincię poſt capitulum generale eſſet celebrandum, poterit viſitator illi capitulo, ſi voluerit, intereſſe. Et notificet generali miniſtro, ea q̃ notificanda fuiſſent capitulo generali, ſi poſt prouinciale fuiſſet celebratum. Et ſi tunc viſitatores accuſandi erunt, accuſentur generali miniſtro. t Viſitẽt autem omnia cuiuſlibet prouinciæ loco, non tamẽ cõſtitutiones mutent, aut ædificia, aut fratres transferant, ſuumque officium infra ſex dies in conuentibus in alijs aũt locis infra duos dies exequantur, niſi manifeſta neceſſitate, & communi vtilitate, aut fratrum beneplacito, aut voluntate fuerit differendum. Ordinatur aũt per generale capitulum, ꝙ viſitatores hmõi non intromittant ſe de occultis, neque de indiſcretẽ

punitis,

Quo tempore debet viſitari ordo per viſitatores ſpirituales.

De cõditione viſitatoris.

Ordo ſeruandus a viſitatoribus.

punitis, aut correctis, neq; de correctionibus fratris discutiant, nisi hmõi correctionem, tamquam indiscretè factam fratres accusarent. Caueant etiã, ne sup criminibus, de quibus infamia non prẽcessit, inquirãt in particulari, antequam crimina accusentur. Procedant autem hoc modo. Primò regula legatur coram omnibus. Deinde constitutiones, vel earum particulæ notatu digniores. Postea præcipiat in virtute sanctæ obedientiæ, vt omnes, & singuli, de quibus interrogati fuerint, respondeant rectè, ac fideliter de singulis, quę norunt ipsi, vel de quibus fama est, & contra prẽsentes, & contra absentes. Et accusent solum de criminibus, quæ rei euidentia, vel aperta fama probari possint. Deinde fratres dicant sigillatim culpas suas, & sic sigillatim egrediantur, & reliqui sic egressum accusent, de quibus in publico foret accusandus. Qualiter nomina accusantium non sint accusatis, aut alijs reuelanda: qualiterque accusati non debeant eorum omnia inquirere, dictum est supra capitulo *septimo*. *Similiter & de falso accusatis: vel de crimine, de quo quis iam sufficienter correctus fuit: talis namque sustinebit pœnam talionis*, illam, videlicet, quę accusato infligi debuisset, si cõuictus fuisset, vel si correctus sufficienter nõ extitisset. Accusationes verò, quæ fuerint conscribendæ certis verbis conscribantur, iuxta approbationem capituli. Fratri aũt accusato, postquam reuocatus fuerit, audientia non denegetur. Sic igitur sigillatim accusatis, & regressis pœnitentia imponat. ¶ Iuxta hoc ordinatur, & statuitur, q̃ visitatores nõ possint excõmunicare, neq; suspendere, neq; interdicere, neq; custodes, neque guardianos ab officio absoluere, neque ad monasteria, vt ea visitent, accedere, nisi super his à generali ministro licentiam habuerint specialem. Item pœnitentiæ, quas imponunt, non pñt protendi vltra annum. Teneantur aũt fratres visitatoribus suis in omnibus, q̃

Auctoritas visitatoris.

ad

ad officiũ visitationis pertinẽt,& non in alijs, obedire. Nihil aũt coram visitatore deponatur, quod per duos alios testes nequit probari. x Excessus verò ministri prouincialis, & siqua inuenerint ardua, & grandia facinora,ad prouinciale capitulum reportent, in quo capitulo post electionem diffinitorum,in corrigendis excessibus cum ministro,& diffinitoribus,vno die duntaxat,resideant,& corã illis,qui sciunt excessum,seu crimen solum corrigant, nisi tale crimen fuerit, qđ publica pena foret corrigendum. In alijs verò capituli agẽdis non oportet interesse eos. Quicquid autem corrigendum visitator ad capitulum attulerit, deferat sub illius loci,in quo illud inuenerit,sigillo. Si quoque aliquidvalde pernicioſum,quod minister,vel diffinitores nollent corrigere,aut non possent, visitator inuenerit, illud sub sigillo ipsius, & ministri per discretum prouinciæ ad capitulum generale transmittatur. Et si minister, vel capitulum prouinciale id transmittere nolent,solus visitator transmittat. y Ad extirpationem malorum pullulantium in dies,ne succrescant,iniungitur visitatoribus,vt sicubi inuenerint sumptus magnos & inutiles ædificiorum,aut vestium,discursuum,clausuræ,proprietatis, aut æquitationum, aut aliarum relaxationum regularis disciplinæ,ac generalium statutorum,tam in ministros,quàm in prouincias, capitulo generali,& interuisitandum,ipsi generali accusare teneantur, vt puta & si præsentes constitutiones obseruãtur,pariter & si reformatio fiat. Et si quid omittitur,an illud sit culpa Custodum, Guardianorum, & aliorum prælatorum,vel ipsius ministri. Ita quòd Generalis plenam habeat notitiam,& qualitatem omnium fratrum. Horum aũt visitatorum informatione Generalis prouideat taliter infra triennium, vt Ministri, Custodes, & Guardiani sint, qui regulari vitæ faueant, & cum affectu inquirant. Et ipse Generalis suppleat pro hmõi reformatione in omnibus locis,vbi capitula prouincialia,

Quomodo corrigendus minister a visitatore.

De quibus debet dicere generali ministro visitator

lia, sine aliquo reformationis delectu, præsidentes instituissent, cum insufficientium amotione, & proborũ frũm substitutione, in qua reformatione plenariam sibi volumus auctoritatẽ ineſſe, & quibus sibi visum fuerit. Simili modo per obedientiam obligãtur eidem capitulo ſtatum prouinciarum, ſiue bonus, ſiue malus ſit, exponere, & declarare. *a* Si quis aũt visitator obediẽtiæ, & veritatis contemptor amore, vel odio, dissimulatione, vel palliatione, hmõi ſtatum mẽdaciter nunciaſſe probetur, inhabilis ad cuncta noſtri ordinis officia, ꝑ generale capitulũ, cum mendacij, & inobediẽtiæ nota, reddatur. Prouinciarum tñ ſtatũ, & ſuam de tali ſtatu intentionem, non audeant, neque verbo, neque ſcripto ipſi prouincię, aut capitulo prouinciali exprimere. Neque miniſter, aut prouincia ſuper eiuſmodi re præſumat ab eo teſtimoniũ petere. *b* Ordinatur inſuper vt visitatoribus, tam in eundo, quam in redeũdo de veſtimento, & expenſis per prouinciam, à qua mittuntur, prouideatur. Et nihil à prouincijs, quas visitant extorqueãt. Quod ſi fecerint, generali capitulo accuſentur. *c* Teneantur denique visitatores, & eorũ ſocij per obedientiam, & ſub pęna excommunicationis, crimina fratrum neſcientibus non reuelare, neque illa in ſcriptis ſecum portent, ſed impoſitis pęnitentijs, oĩa, quæ fuerant conſcripta, coram omnibus publicè deſtruantur, niſi in capitulo cognoſcenda eſſent. *d* Exceſſus aũt visitatoris per capitulum prouinciale examinati, ad generale capitulum tranſmittantur, ita tñ quòd ſi visitator in prouincia fuerit, prius intimẽt ei, ſi verò abſens, lr̃is ipſum certiorem reddant, vt ſciat ſe de obiectionibus ſibi factis excuſare. ꝑ ſi non ſe excuſauerit, tanquã nocens (& ſi innocens eſſet) puniatur. *e* Præterea ordinatur peculiariter, ꝑ alma domus Pariſina immediatè quo ad oĩa ad generalem ſpectet, inſtituat ibi commiſſarium annuatim, vel ad maiorem terminum, ſi viſum fuerit. Si aũt vir grauis, & ſtudentibus fauens, & qui ꝑ

Pęna viſitatorum pro eorum culpa.

Quomodo ſit prouidẽdum viſitatoribus

Exceſſus viſitatorum ad capitulũ generale.

maiori

maiori parte temporis ibi moram faciat, & prouideat de reparatione conuentus, & tectorũ, quæ (vt dicitur) ruinam minantur. Et per ſpecialem viſitatorem, à generali miniſtro ad hoc trãſmiſſum, quotãnis viſitetur. Qui ſi inuenerit aliquem de ſtudio cũ aſſenſu miniſtri prouinciæ inſolentem, poſſit eum remittere ad prouinciam ſuam, hoc fit vniuerſale de his, qui no vacant literis, & terminum moræ ſuæ præterierint, & hoc cum literis teſtimonialibus. Statuta inſuper illius conuentus, præſertim ea, quæ ſunt in fauorem ſtudentium, & honeſtatis, faciat medullitus reuereri. *f* Statuitur denique, vt ſacer Aſſiſinas conuentus ſit ſub prouinciali miniſtro. Attamen viſitatio eius generali miniſtro reſeruetur. Similiter viſitatio monaſterij ſanctæ Claræ Neapolitanæ, & Montiſcelli, ac montis dñi Florentiæ, & omnia alia monaſteria conuentus, & loca reformata, vel reformanda in prouincijs deprauatis, & has reformationes non ſeruantibus, niſi illius prouinciæ miniſter regularis vitæ cenſeretur, cui generalis miniſter viſitationis officium demandare valeat. De viſitatione monialium in ſubſequenti capitulo ponetur. *g* Conuentus quoque loci, vbi erit Romana curia, vbi procurator ſui officij cauſa moram traheret, per ſpecialem viſitatorẽ, a generali miniſtro miſſum, annis ſingulis priuatè, & publicè viſitetur. Et ad viſitationem hmõi conuocentur omnes fratres noſtri, qui in dicta curia quocumque titulo moram trahunt, etiam ſi fuerint capellani apoſtolici, vel cardinalium, vel quorumcũque aliorum, omnes etiam ordinarij pẽnitentiarij, & de eorum vita fiat diligens, & ſolers diſcuſſio, & ſubiiciantur (vt iuſtitia exigit) eccleſiaſticæ diſciplinæ. Veluti Gregorius, cuius bulla habetur Ianuæ, ſtatuit, & vt etiam habetur in mari magno. Et ſi non fuerint vocati, teneantur ſub pẽna excommunicationis latæ ſententiæ, & priuationis gratiæ ſingulis annis proprijs ſe prælatis ordinis prẽſentare, & ſuas exẽptiones, & licentias oſtẽtare.

De viſitatione conuentus pariſini.

Quis ſit viſitator conuentus Aſſiſij, ac monaſterij

Conuentus, vbi fuerit Ro. curia, ſpecialiter viſitetur.

Qui

Qui si se alieno fauore tutentur, & resistant: eorum scelera defensoribus exponantur, hi sæpè ordinē infami vita deturpant. In ipso dicto conuentu, per generalem ministrum frēs diuersarum nationum ponātur, qui prelatis suarum nationum, & alijs personis notabilibus, ad Romanam curiam venientibus, seruire valeant, qñ & sicut secundum Deum ipsi procuratori ordinis videbitur decens esse. Possit etiam generalis in traturus prouinciam aliquam, solennium cōuentuum, & monasteriorū visitationem sibi reseruare. *b* Eodē modo ad sacrum cōuentum sancti Francisci Assisij, de oī prouincia vnus mittatur boni exempli, ac scientia, & vitæ sanctimonia conspicuus, qui post triennium, si laudabiliter in eo se gesserit, & cū honore officij custodiatus suę custodię vl alterius officij primò emergētis suscipiatur, & illis tñ missis de vestitu tñ à propria prouincia, vt facilius sacer ille cōuentus onera sufferat. Nam solus ille conuentus in maiori debet esse precio, q̄ tres simul prouinciæ. *i* Teneatur ēt generalis oēs prouincias ordinis infra decē, vel duodecim annos visitare Datiæ, Hiberniæ, Greciæ, Terræ sanctæ dūtaxat exceptis, eo ordine, qui sibi expeditior apparebit. Et infra decennium ad semel visitatam non redeat, nisi trāsitus cā, vel aliquis casus arduus ibi emerserit, vel reformare opus fuerit, præsertim si per frēs illius prouinciæ fuerit accersitus, & generali visum fuerit, ne animarum profectus aliquatenus negligat, Qua visitata, intermissum visitandi ordinem resumat. Et vbi prædecessor dimiserit, ibi eandem visitationem debeat inchoare successor. Si vero eundem generalē ministrum contingeret legitimè impediri, & persona liter visitare non posset, tunc per alium, vel per alios idoneos dicti ordinis fratres, hmōi officium exequatur, de consilio generalis capituli, vel aliquorū ordinis discretorum. Et vbi inueniret periculum, & resistentiam, possit ad secularium fauorem cōfugere. *k*

Qui sunt in sacro conuentu Assisii mā suri.

Quo tempore generalis debet visitare, & quot prouincias.

Qui habent paruas prouincias quãdo debent visitare.

Singuli quoque ministri singulis annis, qui præsunt paruis prouincijs: & qui magnis, secundo, vel tertio quoque anno publicè, & priuatè visitent: & in hac q̃ intendimus, reformatione totiens quotiens erit opportunum. Quòd si, rationabili causa cessante, non fecerint, eos Benedictus duodecimus à suis vult officijs absolui. *l* Et tales in visitando modum, vt supra dictum est, congruum est teneri, nisi q̃ maior inest ministris auctoritas. Nã lecta regula, & constitutionũ potiori parte primò in publicum fratres per obedientiã moneantur, si regula, & constitutiones, quas exposuit seruentur. Et omnium dicta, siue laudis, siue obbrobrij, colligantur. Examinent̃ etiam sigillatim. Visitẽtur omnes officinæ conuentus, sacrarium, altaria, & ad ea spectantia, hospitium, infirmaria, horti, cellæ fratrum seorsum, vnde omnia vana, & prohibita abstrahantur, & auctores corrigantur, vt sunt arma, aleę, chartæ, diploides, brachatę, caligæ, & hmõi. Sit ęqua supellectilium portio. Considerentur horrea, penaria, pauimenta, tecta, ac parietes: si guardianorum incuria, & ineptitudine pereant. Visitentur procuratores, magistri nouitiorum, & alij officiales. Et si iuuenes orationi, & lectioni vacant. Similiter prouideãt de discursu tollendo, & de alijs quibuscunque. In studijs, si alternatim prædicant, si studeant, si bene viuunt: aliter eijciant. Prohibeant de cætero fratres extra ordinem morari. Si qui sunt dediti venationi, vel aucupationi, cum detrimento Ecclesiæ, vel conuentus, si moniti non desistunt, eijciantur ad alios conuentus. Interea sint portæ conuentus clausę, nec aliquis secularis admittatur in conuentum, nec aliquis sine ministri licentia exire, vel cũ secularibus loqui eo t̃pe audeat. Porrò fiat communis culpa. Dentur pęnitẽtię secundum inuenta delicta. Et in criminalibus procedatur, vt supra. Fiat communis absolutio. Videantur omnia regiſtra, ac libri, & alia vt hactenus cõsue

Ordo visitandi.

tum

tum est. Et omnia vsui fratrũ applicata in scriptis ipsi ministro præsententur. Qui vt opportunum videbitur eis proportionabiliter ea demum assignabit. Et si ali quis integrè non detexerit oĩa, quæ habet, vt dictum est, tanquã proprietarius corrigatur, & oĩa perdat, & necessitatibus fratrum confiscentur. & si iterũ taliter deprehendatur, ad aliam prouinciam transferatur. m Quando autem quis super aliquo delicto deponit, testimonium trium personarũ super eodẽ crimine suscipiatur, sicut ex parte supra septimo capitulo dictũ est. Qñ ergo quis secretè quippiã deponit, cõpellendus est illud coram duobus, vel tribus fratribus discretis, & bonæ famæ deponere, vt si probare non poterit, ipse pænam subeat, quam accusatus subiturus erat. Secus si id, quod deponit, nullius erit momenti. n Custodes neque publicè, neque priuatè visitare valent, nisi eis à ministris id cõcedatur. Et in omnibus prẽfatis visitationibus prẽcipuè attendatur, ꝙ fratrum aduenientium sufficiens sit hospitium, & grata, & charitatiua receptio, maximè fratrum de familia, & aliarum congregationum. Non tamen permittatur eis, ex arbitrio seorsum retinere in cõuentibus cellas, seu alia domicilia, ad quę pro voto veniant, & recedant, cũ hoc sit vetitum fratribus eiusdem obedientię, scãdalo sum & proprietatis reum, nisi cum actu prędicarent, & licitè. Et si quæ hactenus cameræ in conuẽtibus, tanq̃ propriè occuparentur ab eis, resignare per obedientiam cogantur, vel claues dimittere, vt alijs fratrib⁹ pro tempore ad vsum concedantur, ne sanctum hospitij opus ex ipsa occupatione frangatur. Si quæ expẽsæ eorum intuitu extarent, si commodè fieri potest, reficiantur, aliter generale capitulum non vult conuentum teneri, in cuius situ essent expositæ.

Custodes non visitent.

Quod fratres non ingrediãtur monasteria monacharum. Cap. XI.

PRæcipio firmiter fratribus vniuersis, ne habeant suspecta consortia, vel consilia mulierum. Et ne ingrediant monasteria monacharũ præter illos, quibus à Sede Apostolica concessa est licentia specialis. Nec fiant compatres virorum, vel mulierum, ne hac occasione inter fratres vel de fratribus scandalum oriatur.

De ingressu monasterij.

CIrca hoc vndecimum capitulum, in quo accessus ad monasteria monialiũ præcipuè vetatur, & ex consequenti suspecta consortia mulierum prohibentur, quo ad priorem particulã ponitur constitutio Martiniana, quę talis est. *o* Statuimus, & ordinamus illud esse obseruãdum, quod Nicolaus iij. in sua decre. Exijt qui seminat obseruandum mandat. videlicet, quòd fratres non ingrediantur monasteria monacharum quarũcumque. Et q̃ nomine monasterij intelligimus claustrũ domos, & officinas interiores, nam ad alia loca, ad quę seculares conueniunt, p̃nt etiam frẽs p̃dicationis cã, vel eleemosynæ petendæ accedere, si eis à suis superioribus pro eorum maturitate, & idoneitate fuerit concessum. Addentes, quòd si quis sine ministrorũ licẽtia, aliquod monasterium intrare præsumpserit, ipso facto carceri mancipetur. Et diligenter attendant ministri, vt moniales eis commissæ debitam clausuram seruent, tam frũm, quam secularium accessus, sub interminatio

Non fiant cõpatres uirorũ

ne maledictionis æternæ, compescendo. *p* Item statuimus, & ordinamus, quòd nullus frũm de cætero præsumat

mat fieri compater virorum, vel mulierum. Et qui com paternitatem iam contraxisset, quantum in eo est, non permittat se tali noīe nuncupari, neq; ipsi alios sic audeant nominare. Hæc Martinus. Et hoc præcipue intelligendum est de viris, & mulieribus vilis conditionis & malæ famæ. Tali enim occasione inter frēs, vel de fratribus scandalum facilè oriri posset. Secus esset de viris nobilibus, & generosis, ex quorum consortio decus & splendor religioni acquiritur. Sicut igitur ecclesia id vetat monachis, ita & regula fratribus minoribus, & vtrinque est obligatio æqualis. Item capitulum generale, vnà cum generali, ex mandato sanctissimi domini nostri Alexandri sexti, statuit & ordinat, vt decętero seruetur constitutio generalis Henrici, edita anno salutis septimo, & octuagesimo supra mille trecentos, mandato, & voluntate Vrbani sexti, quæ talis est. *q* Si quis absque licētia generalis, aut prouincialis ministri, in scriptis obtēta, ad monasteria, p̄sertim sāctæ Clarę accesserit, vel ad moniales nūcios inhonestos aut rei inhonestæ cā miserit. *Si fuerit in officio, eo sit priuatus ipso facto.* Et cui hæc pæna non cōpetit, expellaī de cōuentu, & prouincia cōfusibiliter, ꝙ si de aliena prouincia fuerit, ad suam cum confusione remittatur, ꝙ si minister in executione pęnarum negligens fuerit, custos, vel guardianus, vel aliquis alius pater ordinis, & discretus conuentus, vel loci teneatur, sub pęna inhabilitationis ad officia in posterum, & priuationis eorum, quæ obtinet, ipsum suis literis accusare ministro generali. Seruari tamen volumus in hoc Sixti constitutionem, inquantum non repugnat præsentibus, quæ est talis. *r* Firmiter, & penitus præcipitur omnibus fratribus, sub pęna excommunicationis, ac carceris, ac priuationis omnium actuum legitimorum, vt ad monasteria nullo pacto accedant, nec monialium ecclesias, vel crates earum, aut rotas, vel fenestras visitent quocumque colore, nec ad eas nuncios, mares, vel fęminas, seculares,

Virorum, & multorū malæ famæ.

Constitutio generalis Hēnici.

Pęna accedētiū ad monasteria sine ministri licētia.

Sixti constitutio.

Fratres non accedant ad monasteria monachārū.

res,vel religiosas mittant, pro ferendis, & referendis verbis,aut munusculis,enxenijs,seu pitantijs, sine licẽtia prouincialis ministri. Puniantur etiam eadem pęna parantes,vel parari faciẽtes fercula, & omne aliud de coctionis genus,vt inde ad conuentum deferantur,nisi tempore visitationis, vel in aduentu prælatorum. *f* Soli autem capellano,cum socio honesto,liceat præfatas moniales visitare, vt audiat earum confessiones, & seruentur ad earum regimen ea, quæ in regula pauperum dominarum continentur, sub præfatis pęnis. *t* Socio,aut capellano, dum capellanus confessiones audit,loquela monialium penitus sit interdicta. Sint circumspecti capellani cum socio, & caueant se a frequẽti monialium visitatione,sine necessitate.Nec quicquã capellanus, aut eius socius, pro fratribus monialibus referant,vt ambasiatas,munuscula,& eiusmodi,sub pęnis,vt supra notatis. *u* Item præsens Alexandri præfati statutum,quo vult tm̃ ministros,visitatores,& alios, quos regula monialium acceptat,seruari volumus. *x* Ministri autem non possint eidem fratri licentiã accedendi concedere,nisi vrgente necessitate,& accedente rationabili causa,& honesta. Super quibus eorum conscientiam oneramus, & de scandalis protestamur sibi imputandis,ac ipsis puniẽdis,& patribus prouectis annorum,ad minus quadraginta sex, aut magistris, & bachalarijs, siue prædicatoribus dignis, & honestæ conuersationis,qui verbo,opere,& exẽplo, ac salutaribus documentis, alijsque spiritualibus, & temporalibus patrocinijs,quibus clausæ admodum vacant, possint sine suspicione prodesse. Iunioribus autem, hoc est quadraginta,& sex annos non attingẽtibus, & qui nõ fuerint in dignitatibus prædictis constituti nullo modo licentiam prouinciales ministri,absque consensu in scriptis generalis ministri,posthac,sub eadem pęna,concedere possint. *y* Ordinatur item,ac statuitur,quòd nullus eligatur visitator monialium, nisi fuerit vir maturus

Soli capellano accessus ad monasteria conceditur.

Seruẽtur ea, quæ in regula earum continentur.

Socius capellani non loquatur cum monialibus.

Alexãdri statutum.

Quando ministri concedere possunt licentiam ad monasteria accedẽdi, & quibus.

rus, in moribus comprobatus, cõuersationis honestæ, & nulla infamia notatus, ætatis ad minus quadraginta octo annorum. Nec tñ etiã ipsi pro libito possint accedere ad monasteria: sed solũ causa correctionis, vel alicuius causæ honestæ, & legitimę. *a* Neque cũ ipsi visitãt, intrent ad interiora: nisi opus fuerit interiora domus, ad modicũ spaciũ, cũ capellano, & alio seniore publicè videre. Et tũc diligẽter prospiciant clausuram sororum, & alia loca. Secus non audeant introire sine licentia ministri in scriptis obtenta. *b* Et secundum constitutionem Henrici, fiat visitatio secreta apud crates, stante visitatore ad extra. Sup quo minister aduertat. Eiusmodi legi subiaceant guardiani monasteriorum, ac etiam capellani, exceptis casibus in earum regula contenti. *c* Ordinatur quoque, ad extirpendam quorundam insolentiam, vt nullus iactã ter, vel quocunque consensu, quo in iudicio probari possit, audeat se deuotum alicuius monialis, vel aliquam ex illis suam deuotam, vel matrem, vel sororẽ spiritualem, seu amicitiam nominare, vel alijs verbis quibus manifestè aliqua impudicitia intelligeretur, & euidens suspicio mali oriretur, sub ea pæna, quam, incurreret, si ad monasterium sine licentia, vt prefertur accessisset. Et si moniti, in eadem persisterent dementia, habeantur infames, & ad oĩa ordinis officia inhabiles, & de tali expellantur prouincia. *d* Eidem pęnę subiaceant publici concubinarij. *e* Caueant aũt prelati, ne fraudulenter sub velamine diuina, vel alia celebrandi, iuuenes ad monasteria transmittant. Si tñ oporteret multos simul mittere, nec opportunè alij adessent, transmitti poterunt, dũmodo inuicẽ vadãt, stent, & redeant, nec ibi colloquantur, sine aliquo maturę ætatis socio. Si quoque capellanum, aut confessorem monialium abesse, aut egrotum esse accideret, loco illius vir maturus, ętatis iam dictę, si haberi possit subrogetur. Ex quibus patet capellannm, vel confes-

Quis debet esse visitator monialium, & qualis, et cuius ætatis.

Cum visitant visitatores, nõ intrent interiora monasteriorum, nisi in casu.

Vbi fienda sit visitatio.

Nullus sibi deuotã ascrîbat vel nominet.

Pęna concubinariorum.

Pro diuinis celebrãdis nõ mittantur iuuenes ad monasteria, nisi inuicem vadant.

Ætas capellani, & cõfessoris monialium.

sorem

sorem monialium eiusdem ętatis oportere esse, cuius, & visitatorem, & illos, quibus potest accessus concedi. Eandem quoque pænam capellani, & confessores incurrant, si aliquem ad colloquia monialium, sine licentia, vt dictum est, in scriptis obtenta, admiserint. Similiter si eos in domicilijs susceperint. Et si hospitibus aduentantibus non possent resistere, sub eadem pæna teneantur dictam insolentiam ministro intimare. Ad idem teneantur, si viderint suspectã secularium familiaritatem. *f* Si quoque compertum fuerit capellanum, aut guardianum hmõi malorum mediatorem esse ferendo, & referrendo literas, & hmõi, siue ad fratres, siue ad seculares, eandẽ pęnam luant, quam & illi, qui talia eorum medio facere procurant, luerent. *g* Et quicunque aliquod manifestum scandalum in aliquo monasterio perpetrauerit, vel secretum alijs, quam prælatis, propalauerit, maximè, si inde scandalum venit, pęna exilij puniatur. neque possit ad illum locum reduci, sine generalis ministri licentia. *b* Teneãtur aũt ministri eiusmodi scãdala per prouinciarum discretos ad generale capitulum facere deferri, & acrius puniant scandala secularibus reuelantes, quã ipsos scandalorum auctores. *i* Et si in futura reformatione monasteriorum, inuentũ fuerit aliquod monasterium, ita deprauatum & corruptum, vt præcedente trina admonitione, & minis, ac pœnitentijs illatis, nullum emendationis signum appareat, nullaque sit vltra reformationis spes, maximè, si hoc fuerit notorium, & in maximum vicinorum, ac totius ciuitatis scandalum. Similiter si visitator non posset eas punire, aliquorum potentum impeditus fauore, & omnes simul, tam antiquę, qua iuuenculæ reformationem fugiant, post latam sententiam ad alia monasteria transmittantur, & eiusdem ordinis aliæ bonæ famæ introducantur. Et ministri, sub pęna suspentionis ab officio, hoc facere teneantur. *k* Mãdat quoq;

Capellani nõ sint mediatores ad monialiũ colloquia

Pęna scandalum in monasterio perpetrantium.

Puniantur acriter secularibus scandala monialium reuelantes.

quòque generale capitulum cum ipso generali ministro, vt constitutio Benedicti duodecimi, de monialibus obseruetur, nisi aliter ordinatum post ipsum cõstaret. Quæ Constitutio sic ait: Insuper quia decet Christi famulas, & ancillas, quæ mũdanis contemptis illecebris, aduersus principes tenebrarum, & contra spirituales nequitias pugnaturę se per professionis votum, disciplinis regularibus astrinxerint, in agone prę sentis militiæ, sic per rectum iter obseruantiæ regularis incedere, vt perfectam, & cordis, & corporis puritatem, consummato cursu mundialis certaminis, supernæ vocationis brauium consequi mereantur. Nos statui monialiũ, si quæ sunt sub cura, & regimine ordinis minorum, vel erunt in futurum, siue minorissarum sanctæ Claræ, seu sancti Damiani ordinum, vocabulis nuncupentur, paternæ solicitudinis studio prouidere volentes, auctoritate præsentium ordinamus, quòd in singulis monasterijs earundẽ, per prouinciales ministros eiusdem ordinis minorum, de consensu abbatissarum, conuentuum, seu maioris partis earundem, auctoritate Apostolica, certus monialiũ numerus statuatur, iuxta monasteriorum ipsorum suppetentiam obuentionum, & etiam facultatum, ita quòd ex ipsis congruè valeant sustentari, quòdque vltra dictum numerum nulla in eis possit recipi, nisi de apostolicæ sedis auctoritate, seu licentia speciali, vel nisi adeò ipsorum monasteriorum facultates, seu obuentiones excrescerent, & pluribus possent sufficere competenter. Sed etiam tũc talis excrescentia referatur capitulo generali dictorum fratrum, in quo habeat ordinari, & personę ex his facultatibus, seu obuentionibus excrescentibus, vltra dictum statutum numerum, sustentari valeant, & tunc si alicuius, vel aliquorum receptio fuerit facienda, fieri nequeat, nisi de ministri generalis, vel prouincialis licentia speciali, quibus districtè præcipimus, vt antequã hmõi concedant licen

Incorrigibiles moniales ad alia monasteria transmittantur.

Constitutio Benedicti.

Sit certus monialiũ numerus, & determinatus.

Symonia non interueniat in receptione monialis.

tiam, diligenter prouideant, ne aliqua pactio illicita, seu prauitas symoniaca intercedat. Si vero cõtingat aliquid gratis offerri monasterio ab ingredientis parentibus, vel amicis eius, vel alterius monialis, vel pensiones, seu redditus alicui moniali, vel quodcũque aliud dari, vel legari, per abbatissam ipsius recipiatur, & in vsus cões conuertatur, & necessitatibus eius, cuius contẽplatione oblatũ, datũ, legatũ fuerit, fauorabilius subueniatur. *m* Caueant insup prælati, generalis, & prouincialis ministri, ne pro cõcedenda licentia ad recipiendum sororem aliquã, occasione ipsius licentiæ, vel quouis alio colore, vel figmento quæsito, aliquid à quacunque persona, vel psonis, per se, vel per alium, ante, vel post ipsam licentiam, recipere præsumant, seu recipi à quibuscunq; personis alijs dicti ordinis, vel locorum ipsius, faciant, vel procurent, aut, quantum in eis fuerit, fieri permittant, etiã prætextu cuiuscũq; consuetudinis, quam reputamus potius corruptelam. Si vero fecerint, ipso facto sentẽtiam excõmunicationis incurrant, a qua ne queant, nisi per summum pontificem præterq̃ in mortis articulo, absolui, nec cõmunionis beneficium obtinere. Et si legitimè conuicti fuerint, ab eorum ministerijs, & officijs perpetuò deponantur. *n* Prẽterea ordinamus ꝑ tam abbatissæ, q̃ aliæ, seu alij, qui bona, obuentiones dictorum monasteriorum administrabunt, colligent, recipient, aut expendent, teneant̃ singulis annis coram generali, vel prouinciali ministro, seu visitatore, & cæteris monialibus ipsorum monasteriorum ꝑuidis, & discretis ad hoc per conuentus monasteriorum ipsorum electis, de receptis & expensis, aut de his quæ eis, vel per eas debentur, & de statu, in quo monasteria erant, plenam, & fidelem reddere rationem. *o* Ordinamus etiã, ꝑ deinceps in singulis monasterijs, siue locis ipsarum, in nouitate abbatissæ, infra duos menses, postq̃ pacificam possessionem bonorum monasterij

Prælati nihil recipiant pro receptione ali cuius.

sterij habuerit, in prę̃sentia generalis, vel prouincialis ministri, seu visitatoris ipsius monasterij, sex discretarum monialium eiusdem, de omnibus bonis ipsius, monasterij mobilibus, & non mobilibus, seseque mouentibus, in quibuscunque consistant, faciant inuentaria, seu regıstra cõsimilia duplicata, sigillis abbatissæ, & conuentus sigillata, in quibus inter omnia contineaṫ, quot extent, vel deficiant alimenta, & qualia & quanta blada, vina, & cætera victualia, & q̃, quot & a quibus debetur eisdem, sub quibus obligationib⁹ debet, vel debetur ei, & quæ, & quot vasa, siue ornamenta, & supellectilia, & similia, vbi fuerint. Et si abbatissa in bono statu receperit monasterium, ipsum que postea ad malum statum reduxerit, bona ipsius debitis obligando indebitè, vel dilapidando, seu alienã do, à ministratione abbatiæ amoueaṫ omnino, & alias debitè puniaṫ. p Prædicta aũt inuentaria, seu regıstra plenè, & integraliter in capitulo ipsius monasterij, existentibus sororibus eiusdem conuentus, ad hoc specialiter cõgregatis, leganṫ, & vulgarizentur. Quibus sic lectis, vnũ penes abbatissam remaneat, & aliud penes conuentum, & transcriptum ipsius penes generalem, aut prouincialem ministrum. q Cæterum cũ vniuersæ, & singulæ dictorum ordinum moniales, secundum earum regulas, & constitutiones felicis recordationis Bonifacij Papę octaui, prędecessoris nostri, super hoc editas, sub perpetua in suis monasterijs debeant mane re clausura, & in nonnullis monasterijs monialium prędictarum id, sicut accepimus non vsquequaque obseruetur, volentes constitutionem prædicta inuiolabiliter obseruari, districte pręcipimus ministris, ac visitatoribus abbatissis, & quibuscunque alijs, ad quos, vel ad quas pertinuerit, vt clausuram hmõi diligenter teneri faciant, & seruari, ita q̃ nulli earum tacitè, vel ex presse concessa sit, vel concedi valeat quacũq; rõne, vel cã, clausuram hmõi deinceps egrediendi, facultas:

Omniũ bonorum monasteriorum ratio quotãnis redatur.

Fiant omniũ monasterioru bonorum regıstra.

Penes quos regıstra remanere debent.

Sint ꝑpetuæ clausura moniales.

nisi forte cã plantandi, vel ædificandi eandem religionem ad locum aliquem transmittantur, vel tanto morbo earum aliquam,& tali fortè euidenter laborare constaret, ꝙ non posset cum alijs, absque periculo, vel scandalo, cõmorari. *r* Siꝛ nulli regulari, aut seculari, vel laicę personę cuiuscũq; præeminentiæ,cõditionis,status, aut dignitatis extiterit, ingressus pateat ad easdem, sine Apostolicæ sedis licentia speciali. Exceptis solũmodo personis illis,quibus in certis casibus,per prędictorum prędecessorum nostrorum ordinationes, & earundem monasteriorum regulas, noscitur esse permissum. Eisdem quoque ministris custodibus,& guardianis districtius,tenore pñtiũ,duximus iniungendum, vt fratres dicti ordinis sibi subditos arcere studeant ab accessu ad monasteria monialiũ quarumcũq; iuxta regulam Beati Francisci, & Apꝛica, ac ipsorum fratrum ord. instituta,pęnas in dictis statutis prouidè ordinatas, transgressoribus infligendo. Quã uis aũt in regula dictarum monialium sanctæ Claræ sequens clausula sit inserta: videlicet. Possint aũt in singulꝛ monasterijs aliqua, licet paucæ noïe subseruitialium, seu sororum ad hmõi professionis obseruantiã astringi, prętereq̃ articulũ de clausura. *s* Nos tñ honestati,& famę,tã ipsarũ monialiũ scẽ Clarę,q̃ minorissarũ & sancti Damiani p̃dictarũ, in hac parte prouidere volentes:ordinatione pñti,perpetuò valitura,districtè præcipimus.ꝙ hmõi seruitiales,seu sorores ad obseruãtiã professionis astrictæ,& quæ de cætero astringentur, quemadmodũ & cæteræ moniales, debeãt sub perpetua clausura manere. *t* Possint tñ singula monasteria monialiũ habere aliquas paucas mulieres moribus, & ætate maturas, prouidas,& honestas,in seculari,tñ honesto,habitu incedẽtes:quæ dictã clausurã nullatenus ingredi permittãtur; sed negocia monasteroriũ, ac necessitates monialiũ,prout eis cõmissum fuerit,exterius operagant,& procurent. Porrò si abbatissa contra præmissa

Quando licet monialꝭ exire clausurã.

Nulli liceat ingredi monasteria monialium.

Quibus ingrediendi facultas concedꝭtur.

Subseruitiales etiam ipsi clausurę astringantur.

Ancillę laicæ ingrediꝭ nõ debent.

missa clausurã exire præsumpserit, vel ad exeundũ aliquã licentiauerit monialem, remoueatur à regimine, de fratrũ discretorum consilio, per ministrũ. Moniales vero dictã exeuntes clausuram in casibus nõ permissis: ipso facto sint inhabiles ad quæcũq; officia, in eorũ ordine obtinẽda: & nihilominus subdantur pœnis illis, quæ p grauioribus culpis in ipso ordine cõsueuerunt imponi. *u* Ad hoc districtè inhibemus: ne dictorũ ordinum moniales in earum dormitorijs cellas habeant. Si quas vero hñt: omnino destrui præcipimus, & mãdamus per ministros, seu visitatores in prima visitatione, quã impendent in monasterijs earum. Contradictores aũt, si qui, aut si quæ fuerint, aut dantes in hoc auxiliũ, vel fauorẽ, auctoritate apostolica, per censurã ecclesiasticã cõpescendo. *x* Et subdit idẽ Benedictus infra: Volumus, & ordinamus, q̃ singuli ministri prouincialles, in singulis suis prouincijs, singulis cõuentibus monialium prædictarũ, quæ sub cura, seu regimine dictorũ consistunt: in quantum eas tangere, vel respicere dignoscuntur, infra duorũ mensium spacium, post publicationẽ huiusmodi statutorũ, sub eorũ, & diffinitorũ sigillis, singulas copias statutorum præsentium debeãt assignare, easq; singulis conuentibus legi, & vulgarizari faciant, & exponi: & sub pœnis in eis cõtentis, districtè mandari: vt illa deinceps debeãt inuiolabiliter obseruare. Hęc Benedictus. Cõcludit itaq; iuxta ipsius Benedicti statuta, vt nullus, ẽt abbatissæ affinis, aut aliquis, vel aliqua cuiuscũq; gradus, aut tituli extiterit, ad interiora admittatur. Et si abbatissa cõtra fecerit: ab officio, ipso facto, priuata intelligatur. *y* Nec puellæ seculares pro instructione vllo pacto ĩ interioribus monasterijs teneantur: nisi habitum ipsa puella in ipso sumat ingressu. *a* Et nihilominus, secundum iura cõmunia, oẽs sic intrantes sunt excõmunicati: neq; pñt absolui, nisi à summo pontifice. Nec protector, vel generalis minister, nec prouincialis, scm̃ constitutionem

Non sint cellę in dormitorijs monialiũ.

Assignentur copię cõstitutionũ monialibus.

Summa cõm. Bened.

Puellæ in monasterijs erudiendæ non teneantur.

Solus põtifex absoluere potest intrãtes monasteria.

Eugenij

Eugenij, & Pij secundi, talem intrandi facultatem facere pñt: nisi à pontifice aliud haberent: Quãuis Generalis soleat ex consuetudine habere à Papa viuæ vocis oraculo: Conceditur tñ præsenti generali ministro à sanctissimo dño nostro Alexãdro sexto, viuæ vocis oraculo, auctoritas monasteria, sub cura fratrũ minorum existentia, ingredientes, absoluendi. *b* Declarat præterea generale capitulum nullum monasterium sanctæ Claræ in statu salutis esse, vbi moniales quadã cõsuetudine ingrediuntur, & egrediuntur, quacunq; de causa id fecerint: præter illam, quæ in earum regula specificatur. Quamobrem mandatur vniuersis ministris, & visitatoribus, vt nulli exeundi licentiam pręsumant cõcedere: nisi in quantum earum regula patitur, & sua se extẽdit auctoritas. *c* Si vero bona monasterij notabile, ac manifestũ paterentur detrimentũ: tunc aliquæ ex senioribus, & prouectioribus poterũt illuc, cum ministri generalis licẽtia, accedere: dũmodo si prope fuerit locus ibi nõ pernoctent: id ei hic auctoritate apostolica petimus concedi. Oculus.n. dñi impinguat posſessionẽ. Si fr solus generalis minister, etiã in alijs casibus, quã expressis, & quã in constitutionibus Benedicti positis egrediendi licentiam, si ei rõnabiliter videbitur, poterit cõcedere. Et si moniales latiori mõ viuere vellent, recurrant ad sedem apostolicã. Statuitur deinde, & ordinatur, iuxta Benedicti instituta: ꝙ si abbatisſa ꝓpria auctoritate egressa fuerit, vel egrediẽdi licẽtiam concesserit: ab ipso regimine, discretorũ cõsilio, per ministrum remoueatur. Et sic exeuntes fiant inhabiles ad officia: & grauiter puniantur. *d* Ordinatur deniq;, vt oẽs moniales, iuxta qđ regula præcipit, in vno loco cõi dormiant: vt dictũ est supra, per Bñdicti constitutiones. Et ille locus sit latus: clausus tñ. Et si quæ tanquã contumaces, sic seorsum dormire pręsumerẽt: earũ cameræ per ministros diruantur: quæ nullo mõ ꝓ regulam cõceduntur: ne prębeant eis occasionẽ ruinę.

Non sunt in statu salutis moniales pro arbitrio egredientes, & ingredientes.

Quando poſſunt visitare prędia sua.

Omnes in loco communi, & clauſo dormiant.

Et si

Et si ministri circa hoc fuerint negligentes: ad eiusmodi officia inepti, & insufficientes iudicentur. e Præterea mandatur, sub pœna interdicti, ꝙ oēs moniales viuant in cōi: neq; de cætero redditus monasteriorū inter sorores diuidantur. Nec habeant aliquid propriū in particulari, quo ad dñium, non quo ad vsum. Et illū vsum habeāt cum licentia suorū superiorum ministri, videlicet, & abbatissæ. f Mandatur insuper ministris, sub pęna priuationis curę illius monasterij: vt ordinēt, sub pęna priuationis veli, & alijs pœnis, & censuris: ꝙ nulla monialis alloqui vllā personā secularem possit, etiam de suis consanguineis, sine pñtia abbatissæ, aut alicuius monialis prouectę, & bonæ famæ, & ad id officium deputatę. g Et nullū offiū, qđ sine exteriori colloquio, ac visu exerceri nō pōt, iuueni, citra trigesimū annū, tradatur: sub graui pœna. Et si abbatissa in hoc fuerit negligēs reperta, in prima visitatione ab officio absoluatur. h Mandatur item ministris, sub iam dicta pœna, vt auferant à monialibus oēm ornatum indecētem vestimēctorū, & aliarū rerum: & earum vestes reducant ad vniformē colorē griseum, & formam. Quæ vestes circa collum sint clausæ: itą ꝙ nulla indecentia appareat. Et habeāt manicas latas, vt antiqua religionis consuetudo, & honestas expostulant. Et si qua pectore nudo, & capillis prolixis, & sparsis, aut aliquibus fucata coloribus, seu vnctionibus incesserit: & admonita non abstinuerit· per tres menses velo, & ab accessu ad crates, per idem tps priuetur. Et nisi penitus se emēdauerit: in pristinū statum non restituatur. i Tpe visitationis cum nulla fiat colloquium, nisi ꝙ duæ, vel tres assistant. Si alicui puellæ in monasterio erudiendæ, licentia à sede apostolica cōcessa esset: non admittatur nihilominus, sine licētia ministri prouincialis: nisi apostolica sedes iuberet ei pro libito suo ingressum concedere, sine superiorum licentia. k Pręterea nulla de cætero ad ordinē, aut ad professionē, sub pœna excōica-

Sit cōis omnibus mensa, et victus.

Sola monialis cum alia sola persona loqui nō presumat.

Iuuenis officia, conuersationem requirentia, non exerceat.

Qualitas vestimentorum monialium.

Dum sit visitatio, nullum sit cū aliquo colloquium.

Nō admittātur ad ord. seu professionem,

tionis,

Sine prælati licentia.

Pœna conuersantium cum secularibus.

Sit carceris locus etiam apud monialles.

Sit locus cõis ad annuos redditus reponendos.

Abijciantur canes magni.

Sit vnicũ in monasterijs ostium.

tionis, sine ministri licentia in scriptis, recipiatur. Ita habetur ex earum constitutionibus. Et determinetur à visitatore certus numerus recipiendarum, iuxta redditum qualitatẽ. vt supra. *l* Deniq; quęcunq, fuerit deprehensa cũ aliquo seculari conuersari: & tertiò admonita non se emendauerit: ad aliud monasterium trãsferatur. aut velo, & colloquio per annũ priuetur: & carceri mancipetur. *m* Præterea mandatur abbatissæ, sub pœna priuationis officij sui: vt infra duos menses à sua institutione, debeat ordinare in monasterio locũ carceris, cum alijs necessarijs: puta sacco, ad dandas disciplinas, & huiusmodi. *n* Item habeatur locus cõis, in quo reponantur oẽs introitus, vel redditus: cum duabus clauibus diuersis: quæ consignentur duabus monialibus: de quarum mala concordia nulla possit oriri suspicio. Vel vnã teneat abbatissa: alteram conuentus cõsignet vni non suspectæ. Similiter libri, in quibus scribuntur eiusmodi redditus, ibidem reponantur: ac etiã expensæ maiores, & cętera monasterij bona. *o* Inhibetur quoq; monialibus in monasterijs canes tenere magnos: paruorũ aũt euitetur multitudo. *p* Item in monasterijs nõ sit, nisi vnum ostium cum duabus clauibus: vna interiori: altera exteriori, cũ vecte. Et si visitator clausuram repererit non seruari, vt decet: mandet capellano, seu confessori monasterij, aut alicui alij personæ probę, & honestæ, vt horis congruis: præsertim noctu, ipsam portam clausam claue exteriori teneat. Quã ẽt diligenter conseruet, vt absq; suo scitu, neq; ingredi, neq; egredi quisquã possit. Quæ secundum regulã, sit in altis cum scala mobili, noctuq; eleuata: vel saltẽ cum põte, noctu eleuato. Eadẽ cautio teneatur in ostio horti, fenestris, caminis, & alijs occultis ad intrandum locis. Sæpè inuenta sunt miranda excogitata. Difficile est in arce munita ab hostibus cauere extrinsecis: si intra sunt qui eos alliciant. Et si quando adulterina claue ostia reserari compertum sit: longa catenula, per

ferratum

ferratum deducta ostium, vsq; ad locum clausum, vbi aliqua dormiat, apponatur. In talibus commoditatem non impossibilitatem tollimus. *q* Simili constitutione prohibitum sit fratribus, & secularibus dare, & illis in custodiam recipere, intra monasterij clausuram, quę cunque bona, capsas, & alia in custodiam vel depositũ: cum hoc etiam sit prohibitum fratribus huiusmodi tenere. *r* Vltimò mandatur ministris, sub pęna priuationis ministeriatus, quatenus cuncta, quæ pro monasteriorũ vtilitate, & honore in capitulo generali sunt ordinata, diligenter mandent executioni. Et ne in longũ procedamus, faciant regulam, & constitutiones seruari, & omnem abusum pro viribus adimant. Aliter Generalis specialem faciat visitationem. *s* Et nunquam minister cum visitat, vltra duos socios, capellanum, & scriptorem, vel alios ducat. Generalis vero minister, sicut in earũ taxatur regula, socios habeat. Nec vllo vnquã tempore, si qui fuerint suspecti, admittantur, cuiuscunque gradus fuerint, & conditionis. *t* Et iuxta Farinerij prisca statuta ordinatur, vt visitatores sanctæ Claræ, in quolibet capitulo prouinciali, renuncient per se quidem, si præsentes fuerint, vel per literas, si absentes. Et possunt eligi ad capitulum prouinciale pro discretis. *u* Ab ipsis autem monialibus, neque visitatores, neque ministri vllo modo munuscula recipiãt, per quę prauitas symoniaca committi possit. *x* Neque alicui in monasterio liceat comedere, sed necessitate vrgente, extra monasterium fiat. *y* Teneantur telæ nigrę supra crates, nec propter quorumcumque aduenientium secularium, etiam cõsanguineorum, colloquia, nisi de licentia abbatissæ in casu amoueantur. Cætera omnia, quæ à Benedicto duodecimo ponuntur de hac materia, volumus obseruari. *a* Quoniam in altera huius capituli copulata particula regula dicit, quòd fratres nõ habeant suspecta consortia mulierum. Iccirco mandat generalis minister cum toto capitulo, vt seruetur constitutio

Prohibetur fratribus, & Secularibus intra Monasterium dare in custodiam quæcunque.

Pœna ministrorum negligentiũ circa præmissa.

Duo sint ministro comites in visitatione.

De renuncia tione visitatorum.

Non sunt à monialibus munuscula acceptanda.

Nulli ī monasterio comedere liceat.

Sint telæ nigrę supra crates ferreas.

Constitutio Farinerij mulierum suspectis.

stitutio Farinerij à Martino quinto confirmata, Quam ipse Martinus ita in medio promulgat. Statuimus, & ordinamus obseruandum esse statutum Farinerij, vbi sic habetur: Fratres euidenter notati de consortijs suspectis, & colloquijs mulierum, quę in regula prohibẽtur, si admoniti, & correcti sufficienter non se correxerint, neque emendauerint, si in officijs fuerint, ab ipsis absoluantur. Nec taliter absoluti, aut suspensi restituãtur, nisi per prouinciale capitulũ. Si vero in officijs nõ fuerint, priuentur libris, & omni actu legitimo. Et quibus hæc pęna non cõpetit, probationis caputio, & alijs grauioribus pęnis, pro arbitrio ministrorũ, puniantur. Et ipsi ministri ad hæc exequenda teneantur. *b* Et intelliguntur suspecta consortia mulierum, non solum mulierum, sed etiam quorumcumque suspectæ familiaritates. Et si quis (quod absit) repertus fuerit, qui de monasterio monialem abstraxerit, vel aliam personam vndecumque, ita quòd inde possit oriri infamia, vltra excommunicationem, carcere, & omnibus bonis, conuentui applicandis, camera, & paternitate puniatur, & decem annos ab illo exulet conuentu. Eadem pœna tundatur, qui publicè eas tenere non formidat. Quicũque etiam frater consuetus fuerit a socio suo fratre cũ mulieribus sequestrari, de quibus iudicio prælati sui possit oriri suspicio. Si canonicè monitus, & correptus non se emendauerit, tanquam suspectus de mulieribus omnibus officijs ordinis, & actibus legitimis sit priuatus. Et si taliter punitus, iteratò à duobus testibus fide dignis conuincatur de tali sequestratione, vel si sequestrationes eiusmodi suspicionem valde violentam facerent, arcetur ad veritatem rei aperiendã. Si verò vnus testis fide dignus de sequestratione prædicta deposuerit, & alius de lapsu carnis, arcetur grauius in domo disciplinæ. *c* Si vero quis de innominabili crimine, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ fuerit (qđ absit) notatus, & conuictus, perpetuo carceri mancipe

Quę sint suspecta consortia mulierũ.

Pœna criminis innominabilis.

tur,

tur, vbi quotidie, igne circa eum accẽſo, corpore denudato, diſciplinatus, panem, & aquam, dumtaxat, comedens, defleat vitam ſuam in amaritudine, & dolore. In quo ſi prælati fuerint negligentes, ipſo facto ſuis officijs ſint priuati.

De euntibus inter ſarracenos, & alios infideles. Cap. XII.

QVicumque fratrum diuina inſpiratione voluerint ire inter ſarracenos, & alios infideles, petant inde licentiam à ſuis miniſtris prouincialibus. Miniſtri verò nullis eundi licentiam tribuant, niſi eis, quos viderint idoneos ad mittendum. Ad hæc per obediẽtiam iniungo miniſtris, vt petant à domino Papa vnum de ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinalibus, qui ſit gubernator, & protector, & corrector iſtius fraternitatis, vt ſemper ſubditi, & ſubiecti pedibus eiuſdem ſanctæ Eccleſiæ, ſtabiles in fide catholica, paupertatem, & humilitatem, & ſanctum Euangelium domini noſtri Ieſu Chriſti, quod firmiter promiſimus, obſeruemus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrę confirmationis infringere, vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum laterani

tertio Kalendas Decembris. Pontificatus Nostri Anno Octauo.

CIrca hoc duodecimum, & vltimum regulæ capitulum, in quo sunt duo perbreues articuli. Prior quidem de fratribus ad infideles commeare volentibus. Posterior de protectoris petitione, & eius in fratres potestate. De priori particula, seu articulo ita Martinus ordinat. *d* Statuimus, quòd quantum possibile est, prouideatur, & disponatur de bono regimine locorum terræ sanctæ, tam quoad guardianos, quam quoad alios fratres, ita quòd semper pro gubernatione illorum locorum, eligãtur in capitulis generalibus, fratres meliores, & deuotiores ordinis, qui vita, moribus, & doctrina, probati, tui bonum exemplum fidelibus, & Christi fidelibus, cum quibuscunque eos conuersari oportebit, prębere possint. Prętera Benedicti duodecimi circa idem constitutio seruetur. Quæ sic ait. *e* De fratribus ad partes infidelium causa prædicationis mittendis ordinamus, quòd generalis minister nullum mittat, nisi præhabito testimonio ministri prouinciæ. Minister vero talis teneatur per obedientiam præbere testimonium fide dignum, de ipsorũ mittendorum idoneitate. Iccirco tales prius examinet de fide, & doctrina, & requirat ad hoc fratrum discretorum testimonium, & consilium, qui verax, & integrum ei prebere per obedientiam tenẽatur, ita quòd nullus de aliquo errore, vel superstitione, vel de mala conuersatione suspectus ad partes infidelium destinetur. Ministri autem prouinciales nulli licentiam illuc eundi, sine scitu, & licẽtia generalis ministri cõcedere possint. Idem dicitur de his, qui causa deuotionis intenderẽt. *f* De protectoris petitione, atque ipsius in ordinem potestate, & auctoritate statuitur, & ordinatur id, quod in ipsa regula beati Francisci cum declaratione, & expositio-

De regimine locorum terræ sanctæ.

Qualis sit ad partes infidelium mittendus.

De potestate protectoris.

positione Gregorij, noni; cuius bulla Ianuę habetur, cõtinetur, ad vnguem obseruetur, vt, scilicet, huius pauperculæ religionis misereatur, & protegat ab inimicorum insidijs, suaque sapientia oues pascuę suæ, quę ouium discrimine iamdiu fluctuant, & iactantur, in suis priuilegijs, conuentionibus, viribus, & tranquillitate contineat, vt sedulum in humilitatis spiritu reddere valeant domino famulatum. Corrigatque, si pedibus sanctæ Romanæ ecclesiæ ceruices non flecterent, si in fide non permanerent catholica, si regulari professione pro maiori parte deficerent. Proinde ego frater Egidius Amerinus ordinis minorum minimus, ac generalis minister indignus, hunc ordinem mihi commissum, varieque distractum domino meo reuerendissimo domino Iuliano, Tituli sancti Petri ad vincula Cardinali & ad præsens protectori tutissimo: Dñoque Georgio reuerendissimo Card. Portugaleñ. & eiusdẽ ordinis viceprotectori, qui pro conseruatione religionis indefesse laborant, qua possum prece in præsenti vniuersali reformatione, commendo, vt pro statu tanti ordinis, diuina cooperante clementia, apud summum pontificem assistant. Quibus pauper Franciscus pro terrenis cęlestia, pro temporalibus apud altissimum impetret sempiterna. g Et vt beatius atque expeditius, si qui sunt, vel fuerunt transgressores, spiritu mentis suæ (sicut hortatur Apostolus) renouẽtur, nouumq; hominem induãt: Qui secundum Deum creatus est, in iustitia, & sanctitate veritatis, & etiam recedant vetera, & noua sint omnia, placet generali ministro, vniuerso annuente capitulo, quòd quemadmodum in lauacro regenerationis & renouationis aliqua dimittitur pęna, & gratia confertur, ita omnes fratres, tã præsentes, quam absentes, de quocumque delicto manifesto, inter fratres, dumtaxat, pro quo in iudicio coartari, punirique debuissent, liberentur, quò ad pęnitẽtiam inferendam, si antequã accusentur, vel contra eos procedatur a ministris, hoc sibi

Commendat generalis ordinem protectoribus.

Hortatiõ ad bene beatèq; viuendum.

Omnibus præterita remittuntur, modo reformationi vacent.

sibi remitti humiliter,& coram testibus postulauerint: dummodo sine aliorum præiudicio fiat, & cum effectu emendentur, reformenturque, taliter in primo simili delicto, quæ fuerant remissa, punienda reuiuiscant: aliter contra eos non tollitur actio. *h* Qui autem fuerint notabiliter notorij, & talia enormia commiserint, vt scandalo fuerint laicis, & veluti infames habeantur, puniãtur cum misericordia, iuxta delicti qualitatem. Et si quæ extant contra eos illatæ sententiæ, de more seruentur, vt seculares, qui cum ignominia ordinẽ exe crabantur, in eodem vigere iustitiam cum laude intelligant. *i* Et quoniam frustra finis intenditur, nisi ad eum debito medio contendamus, nec benè operari satis sit, nisi suo fiat modo, qui rem adiacentem coaptat, mandamus, & volumus, ꝙ tali in reformãdo procedat via. Minister generalis in proximis futuris capitulis ꝓ uincialibus, ꝓ se, vel per specialẽ cõmissariũ percũctet à frĩbus: præsertim à senioribus, si qui sint, qui eligãt regularis esse obseruantię, & eis, quẽcunq; illius prouinciæ conuentum reformandum postulauerint, cum omni, quo possunt fauore, atq; patrocinio, consigent, & continuè, velut supra dictum est, teneantur prælati cõfouere tales, ac manutenere. *k* Quorũ postmodũ opera minister, & cui commissa fuerit reformatio, in reformando vtantur. Difficilis enim, & pęne incredibilis hæc vniuersalis ordinis esset restauratio, nisi sapienter modestè, & cum longo disponatur tꝑe. Messis quidẽ multa, operarij autem pauci. Illos tamen paucos, si ꝓ desse cupiunt, reformatos esse primò necesse est, vt potius exemplo, quo maximè subditi mouentur, doceãt, quam verbo. *l* Detur præterea ministro prouinciali probus pater ex reformatoribus illius prouinciæ, vel alterius, qui cõiunctim, vel diuisim cõtinuè perlustrẽt prouinciam, & bono modo humiliter, & cum charitate ad regularem vitam magis, quam minis, & superbia attrãhant fratres. Et quando opus est (vt inquit Ber-

Notorij puniantur, & infames.

Modus tenendus in reformãdo ordine.

Moderatè ꝓcedendum est in reformatione.

Comes ministri pro reformatione.

nardus

nardus) duros durè redarguant, malignantes coherceant, & reddant retributionē ſuperbis. Cum varia ſit hominum natura, varius debet eſſe regendi modus. Et ſicut dictum eſt, ſemper reformatiores præſideant, & gubernent. Cum omnis deprauatio per ortum, & incrementum, vt plurimum ab ipſo trahat capite: iuxta eccleſiaſticum illud: Secundum iudicē populi, ſic & miniſtri eius. *m* Subinde viſitatores prælibato ſequātur modo, & Generalis ordinis, vbi tota noſtra conſtit intentio, & eſt omnium ſumma, diligenter inuigilet, & ſcribat, moneat, & perſonaliter accedat, quādo opus eſt, vt inſons de ouibus poſſit reddere rationem. Adeat principes, conueniat populos, & bonis mitiget verbis, & ſuo, ac ſuæ familiæ exemplo, & integra vita ad ordinis attrahat deuotionem, ſuppleatque (ꝙ nos ex nunc approbamus) ſi quid aliud pro huiuſcemodi reformationis commodo, & expeditione maturandū intelliget. *n* Et vt p̄ſentes cōſtitutiones Martini quinti limitationibus concludamus, ne multos peccati laqueo inuoluamus, declaramus præuaricatores harum conſtitutionum ad peccatum mortale non obligari, niſi ex contemptu, ſeu conſuetudinariè tranſgrederentur, vel niſi tales eſſent caſus, vel exceſſus, qui diuina, ſeu ſacroſanctæ Romanę Eccleſię lege meritò ad mortale inducerent. In alijs vero ad taxatam pęnam tantum obligari intendimus. *o* Et vbicunque in conſtitutionibus pęna excommunicationis imponitur, arbitrio præſidentis poterit in aliam pęnam commutari, niſi eſſet lata ſentētia, quā ſolus generalis miniſter, ſi ei expedire videbitur valeat commutare. Ad quem etiam diſpenſare, declarare, tollere, augere, minuere in omnibus his conſtitutionibus ſolum ſpectet, vel ad eum (vrgente cauſa) cui duxerit committendum. *p* Poſtremò mandat, & præcipit generalis miniſter de conſenſu, & conſilio omnium vocalium generalis capituli, omnibus miniſtris prouincialibus, vicarijs, cuſtodi-

Omnium ſumma, quę G.m. agere debeat.

Cōſtitutiones hæ ad mortale nō obligāt.

G.m. poteſt in his Com. diſpēſare.

Mandatum vniuerſale de obſeruā

bus,

dis his constitutionibus.

bus, guardianis, & alijs quibuscunq; prælatis omnium fratrum conuentualium, præsentibus, & futuris, vt omnia, & singula superiùs posita ipsi obseruent, & ab alijs pro viribus obseruari faciant, sub pœnis, & censuris sæpissimè iam commemoratis. Et ficubi eadem constitutio varie in diuersis locis descripta appareret, ibi suum robur teneat, vbi grauiori munitur pœna. *q* Nec volumus eos fratres, seu congregationes, quæ de strictori obseruantia fuerint nuncupati, qui regulam scdm veteres sanctiones, & alias summorũ pontificum declarationes, consectari intendunt, pro eorum sana conscientia ad has cõstitutiones astringi in his, vbi non specialiter nominantur, & in quibus illis videretur regulam, ac prisca statuta nostris præsentibus interpretationibus temperasse, vel vtcunque relaxasse. Si qua tamen in parte dispensatum, vel modificatum legatur, ex quadam indulgentia, piaque intẽtione nos fecisse intelligant, vt de duobus malis ineuitabilibus maius fugeremus, cum omnis constitutio, (vt in decretis habetur) debeat esse honesta tẽpori & loco conueniens, possit, vt in cap. Catholica, pro personarum qualitate mutari, dummodo iuxta regulam iuris, necessitate cessante, cesset pariter, quod vrgebat, Vnde declaramus omnem talem, si qua est, modificationem duraturam esse, dumtaxat, ad tempus, donec aliud in nostris futuris capitulis fuerit determinatũ. Maluimus enim paululùm de re nostra præsumere, q̃ tantam fratrum multitudinem (sicut sæpe diximus) dãnationi exponere: Deum imitati, qui non vult mortẽ peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. De reformatione eorum, qui se strictioris obseruantiæ vocitant, in alio generali pertractabimus capitulo. *s* Si quæ autem fuerint aliæ ordinationes, & statuta, quæ præsentibus aduersarentur, reijcimus, & nullius esse firmitatis censemus. *t* Item mandamus, quòd præsentes reformationes, siue constitutionum conualidationes,

Strictioris regulæ, et obseruantiæ non astringantur his cõstitutionibus.

Quanto tempore modificatio duratura harum constitutionum est.

Omnes sãctiones his Conaduersantes abijcimus.

De publicatione Con. et

in om-

in omnibus primis prouincialibus capitulis ad finem vsque, prout iacent, solēniter publicentur, & impressioni dentur: & earum copiæ non modò prouincialibꝰ ministris tradantur, sed ipsi ministri infra vnius mensis spacium ad singulos conuentus mittere teneantur. Guardiani vero, & custodes, qui in tali termino, post datam notitiam, vnum saltem reformationum libellū habere non procurauerint, in tali officio de cætero, si ne generalis ministri licentia, non pōnantur. *u* Ipsi quoque ministri, fratres, tàm prę sentes, quam posteri contra huiusmodi reformationes statuere quicquam, aut ordinare non prę sumant. Et si quid præscriptum fuerit, irritum, & inane decernimus. Et ne ignorantia sit transgressionis causa, has constitutiones publicè legi, temporibus superius dictis, faciant, & mandent, & inconcussè atque inuiolabiliter adimpleri. Nec quempiā longus abusus obsecramus exterreat, spiritus spirat, quò vult, licet caro sit infirma. Nec videā tur aspera, dura, & ardua, quę regnum cęlorum post paululùm pollicentur, cuius spes, Origene teste, laboribus requiem parit. *r* Ecce Christus, extensis in amplexum manibus, proclamat e cruce: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Iugum (inquit) enim meum suaue est, & onus meum leue. Et si difficile sit (vt inquit Aristoteles) non habenti iustitiam eo modo operari, vt iustus: Tamen (vt Augustinus testatur) solus amor laborem nescit. Cum omnia sæua facilia, & prope nulla amor faciat, præstante, meritis beatissimi patris nostri Francisci Saluatore nostro Christo Iesu. Qui cum patre, & spiritu sancto viuit, & regnat per omnia seculorum. Amen.

de earum missione ad conuentus.

Nihil præsumatur contra has Con.

Inuitat nos Christus ad brauium.

In quorum omnium, & singulorum fidē, & testimoniū præmissorū prę sentes nr̄as literas, ordina

nationes, & reformationes huiusmodi in se continẽtes, exinde fieri fecimus, nostrique sigilli Cardinalatus iussimus, & fecimus appensione muniri, & per secretarios nostros, notarios publicos subscribi, & signari mandauimus. Datum Romæ in nostris ædibus. Anno domini. Mccccci. Die xiii. mensis Martij.

Et ego Laurentius Bocatius Canonicus sacrosanctæ Laterañ. Ecclesiæ publicus, Apostolica, & Imperiali auctoritatibus Notarius, ac prælibati Reuerendissimi domini Cardinalis Portugallensis Secretarius. Quia de supra scriptis commissionem per præfatum sanctissimum dominum nostrum sibi, & Reuerendissimo domino Cardinali sanctæ Praxedis, viuę vocis oraculo, vt ex relatione eiusdem coram me notario, & testibus infrascriptis, ad hoc specialiter vocatis, habitis, & rogatis Die quinta Mensis Ianuarij. Mccccci. In ædibus eiusdem Reuerendissimi domini mei Cardinalis facta, pleniſſimè constat: Necnon quia Confirmationi Approbationis, & Cõcessi ni supradictarum cõstitutionum, per præfatos Reuerẽdissimos Cardinales, vnà cum infrascriptis testibus, etiam interfui, & præsens fui; Ideo de mandato eiusdem Reuerendissimi domini ea omnia publicaui, ac propria manu subscripsi, signumque meum apposui consuetum Rogatus. Præsentibus ibidem Venerabilibus viris Alphonso Iohannis, & Eduardo Borges Canonicis Vlixboneñ. & Camerarijs eiusdem testibus ad præmissa vocatis, & rogatis.

Et ego Antonius Flauius de Bacerotis Clericus Fulginas. publicus Apostolica auctoritate Notarius, ac præfati domini mei. D. A. Cardinalis sanctę Praxedis Secretarius, & scriba: Quia de præmissis commissione per præfatum. S. D. N. Papam eidem Reuerẽ-

endissimo domino meo Sanctæ Praxedis, ac præliba-
to Reuerendissimo domino Cardinali Portugalleñ. vi-
uæ vocis oraculo, vt ex relatione eiusdem domini mei
coram me Notario publico, & testibus infrascriptis, ad
hæc specialiter vocatis, habitis, & rogatis Die v. meñ.
Ianñ. M c c c c cj. In palatio apostolico, In camera residẽ
tiæ prędicti domini mei Reuerendiss. Cardinalis sanctę
Praxedis facta, constat: Necnon quia confirmationi,
approbationi, & concessioni suprascriptarum consti-
tutionum per præfatos Reuerendiss. dominos Cardina
les factis, vna cum infrascriptis testibus etiam interfui
& præsens fui: Ideo de mandato eiusdem Reuerendiss
simi domini mei ea omnia publicaui, ac propria manu
subscripsi: Signumque meum apposui consuetum Ro-
gatus, & requisitus. Præsentibus ibidem Venerabilibus
viris Domino Petro Cordones Thesaurario ecclesiæ
Segobicñ. & Iohanne Andrea de Vico mercato Cleri-
co Mediolanensi ad præmissa vocatis, & rogatis.

EDiderunt, & ordinauerunt præsentes reformatio-
nes, vna cũ generali ministro Egidio delphin Ame
rino ex decreto totius capituli generalis per singulo-
rum subscriptionẽ, Magister Franciscus de hortis pro
uin. Romanæ. M. Michael de Castromaris prouin. Ter
ræ laboris. M. Paulus de Merchatello prouin. Marchiæ.
M. Franciscus de Mozanicha prouin. Mediol. M. Phi-
lippus de Bagnacauallo prouin. Bonon. M. Domini-
cus prouin. Castellæ Ministri. Ex magistris in sacra theo
logia, Alexander de Phano. Paulus de Fusechio. Geor
gius benignus de Saluiatis. Iohã. d' Môteleone Iohã.
antonius de Padua. Bernardin⁹ de Ceua. Bernardinus
de Fulgineo. Benedictus de arquata. Augustinus de
Placentia. Hieronymus de Pergamo. Prothasius de Cũ
mis. Sanctes de Pranica. Franciscus de Macerata. Ber-
nardinus Sardus. Nicolaus de Horia. Venturinus Cre-
mensis. Ex reliquis fratribus Iohannes de leonissa. Li-

beratus de Interamne Alexander de Nurſia. Vincentius de Neapoli. Franciſcus de Ameria. Franciſcus de Tarento. Et alij complures, tam ciſmontani, quã vltramontani. Qui omnes, vel vicarij prouinciarum, vel cuſtodes, vel diſcreti, & ad hoc deputati erant; Redegere ad formam voluminis vnà cum eodem generali miniſtro. Ex ſupradictis magiſtris Georgius benignus de Saluiatis. Iohannes antonius Patauus. Prothaſius de Cummis. Franciſcus Macerateñ. Iohannes pontremulus. Examinarunt, & caſtigarunt Reuerendiſſimi domini Georgius Epiſcopus albaneñ. Antoniottus pręsbyter Tituli ſanctę Praxedis, & Bernardus pręsbyter Tituli Sanctæ Crucis in Hieruſalem Cardinales omnes deuotiſſimi, & de ordine noſtro benemeriti. Pro quorum ſalute, & ſucceſſu in orationibus fundendis memor erit ſemper religio.

Impreſſæ ſunt Romæ per ſpectabilem virum Eucharĩ Silber alias FrancK. Anno domini. M c c c c c j. Sexto idus Aprilis. Aſſiſtente magiſtro Franciſco Macerateñ. illarum impreſſioni.

Magister Prothasius de Cummis de Porris.

QVE modo deciderat penitus sine lege Minorum
Relligio, priscis iam viduata viris,
Induit Egidio nitidos sub principe mores,
Instaurat laceras diruta templa domos.
Semisepulta diu passim gymnasia surgunt,
Laureatumque caput non nisi doctus habet.
Nunc colitur probitas, & honos non penditur auro,
Delphin iustitia cana fauente viget.
Quisquis amat tandem miseras deponere sordes,
Induat Egidias dogmata scripta manu.

Magister Iohannes Pontremulus Prædicator Apostolicus.

EGidio meritas poterit quis reddere grates,
Innumeris qui nos eripit ecce malis.
Hunc pater omnipotens nobis tueare precamur,
Et tu virgo parens sis memor vsque sui.

FINIS.

Epistola sancti Bonauenturæ directa toti ordini tempore sui G.

IN Christo sibi carissimis Ministris, & custodibus Ordinis Minorum, Frater Bonauentura ordinis eiusdem. G. M. salutem & pacem. Licèt insufficientiam meam ad ferendum onus impositum cognoscerem manifestè propter debilitatẽ, & imperfectionem mentis, & inexperientiam actionis, & propter repugnantiam voluntatis: Quia tamen durum est tantæ congregationis, ac supremi pontificis, ac per hoc altissimi Dei voluntati pertinaciter resistere: sarcinę graui, & quasi importabili humeros suppositi imbecilles: sperans de adiutorio virtutis omnipotentis: & confidens de adminiculo vestræ sollicitudinis, etiam si sit homini importabilis, quantuncumque industro, & experto tanti ordinis sarcinam suis humeris baiulare. Sit tamen diuisa in partes humeris imposita diuersorum, viriliter à quolibet comportetur, non est quantuncunque debili capiti horrere. Quoniam igitur de vestra præsumo industria, sollicitudine ad extirpanda mala: promouendo bona, refouendo debilia, & fortia confortando, videns me speculatorem domui Israel, ne sanguis animarum de meis manibus requiratur, cogitaui quędam vobis scribere, quæ si in generali capitulo fuissem, libentius annotassem. Nũc autem, quia temporum pericula vrgent, & læsiones conscientiarũ, ac scandala mundanorum quòd dum ordo deberet esse sanctitatis speculũ; in diuersis in tedium vertitur, & contemptum, quę mihi de diuersorũ consilio visa sunt corrigenda, nec penitus tacens, nec omnino exprimens, nec noua statuens, nec vincula superinducens, nec onera grauia imponens, sed veritatis annunciator breuiter exprimo videns illa non reticenda.

ticenda. Sane perquirenti mihi causas cur splendor nostri ordinis, quodammodo offuscatur, & exteriùs inficitur, & nitor conscientiarum interius fædatur: Occurrit negociorum multiplicitas, pecunia nostri ordinis paupertati super omnia inimica, incautè petitur, incautè recipitur, & incautius contrectatur. Occurrit fratrum ociositas quamplurimi consopiti monstruosum statum inter contemplatiuam, & actiuã erigentes carnaliter, & crudeliter comedunt sanguinem animarum. Occurrit euagatio plurimorum, qui propter solatium corporum, grauando eos, per quos transeunt, post se scandala relinquunt. Occurrit importuna petitio, propter quam omnes adeo abhorrent fratrum occursum, vt eis timeant, quasi prædonibus, obuiare. Occurrit ædificiorum constructio curiosa, quę pacem fratrum inquietat, amicos grauat & hominum peruersis iudicijs nos exponit: Occurrit multiplicatio familiaritatum, ex qua suspiciones, infamationes, & scandala plurima oriuntur. Occurrit improuida cõmissio officiorum, quoniam fratribus nondum vsquequaque probatis, nec spiritu roboratis, imponuntur officia vix portanda. Occurit mutatio locorum frequens, cum quadam violentia, & perturbatione terrarum. Occurit tandem sumptuositas expensarum. Nam cum fratres paucis nolint esse contenti, & charitas hominum refriguerit, facti sumus omnibus oneroſi, maximè fiemus in posterum; nisi remedium celeriter apponatur. Licet autem plurimi reperiantur non culpabiles in aliquo prædictorum, tamen omnes inuoluit maledictio; nisi his resistatur. Cum luce clarius prædicta omnia in maximum vergunt nostri ordinis detrimentum, vt nullo modo dissimulandum sit, licet tepidis, & indeuotis considerantibus consuetudinem, & allegantibus multitudinem, quasi facilia, & excusabilia, ac irremediabilia videantur. Excitetur vestri cordis deuotio,

& feruor

& feruor ad cęlum, & eiectis negotiatoribus, fratres omnes ad orationis, & deuotionis spiritum accendatis. Restringatis receptionem multitudinis, quia omnibus modis volo, quòd constitutio de receptione seruetur. Prauas consuetudines prædictas relecetis, quia licet videatur graue, requirit tamen hoc perfectio professionis nostræ, tribulationis incursus (clamat beatus Franciscus) & sanguis aspersus, ociosos stimuletis ad laborem. Dicant etiam fratres modicis esse contenti, quia a sapientibus rationabiliter formidatur, oportebit eos modicis esse contentos velint nolint. Datum Parisijs Anno domini. Mcclvii. In die sancti Georgij martyris. Orate pro me fratres. Hanc autem literam legi in singulis conuentibus vestræ prouinciæ faciatis.

FINIS.